



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90117999**

Liber LXV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

S. BERNARDUS.



HISTORIA  
ECCLESIASTICA.  
LIBER LXV.

PASCHALIS II. PAPA.  
HENRICUS IV. IMPERAT. OCC. ALEXIUS  
COMMENUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

*Paschalis II. Papa.*

Urbano II. Papa fati functo, & Sæculum XI.  
Sede Apostolica non plus die- A.C. 1100.  
bus quindecim vacante, ele- Bertold. an.  
ctus est Rainerius, Cardinalis Presbyter, 1099.  
*Hist. Eccles. Tom. XVI* A titu-

Sæculum XI. titulo S. Clementis. Is Bledæ in Tuscia  
 A.C. 1100. ortus, oppido octo milliaribus Roma dis-  
 sito, a puero in Monasterio Cluniacensi  
 Deo se devovit. Necdum vicenni ma-  
 jorem cum Abbas suus in causa Monaste-  
 rii Romam mississet, Gregorius VII. Pa-  
 pa, cognita juvenis pietate, & in rebus  
 gerendis singulari solertia, sibi retinuit,  
 & aliquamdiu exercitatum, Presbyterum  
 Cardinalem ordinavit. Exinde vero Ab-  
 bas ad S. Paulum\* extra muros electus  
 est.

\*alii S. Lau-  
 rentii.

Postquam vero Urbanus II. rebus hu-  
 manis ereptus fuisset, Cardinales, Episco-  
 pi, Clerici Romani, Urbisque Primores,  
 in Ecclesia S. Clementis ad eligendum  
 Papam congregati, ex pluribus aliis, quos  
 aliqui nominabant, Rainerium Cardina-  
 lem elegerunt. (\*) Ille fuga elabi cona-  
 batur; sed brevi inventus in Congrega-  
 tionem retrahitur. Tum amice incre-  
 pito, quod fugisset, & frustra reclaman-  
 ti, denunciant, ipsum legitimo omnium  
 consensu Papam esse electum, nec ullam  
 superesse viam, qua se Divinæ voluntatis  
 ordinationi subduceret. Mox quidam  
 ex Clericis, mutato ejus nomine, ter ac-  
 clama-

(\*) Ex his studiosus Lector de Electione Sum-  
 mi Pontificis notabit, quod illa ætate Cardinales  
 ad Papatum assumi ceperint, sed necdum soli  
 Papam elegerint.

clamare: *Paschalem Papam S. Petrus ele-* Sæculum XI,  
A.C. 1100.  
*git!* eadem verba repetente toto Conci-  
 lio, additis etiam pluribus aliis enco-  
 miis. Ergo vestitus Cappa purpurea,  
 quæ tunc ornamentum erat, soli Papæ  
 proprium, cum Cardinales violacea ute-  
 rentur. Imponitur capiti Tiara, & equus  
 admovetur, quo vectum tota frequentia  
 inter solemnes cantus ad Lateranum de-  
 ducit. Cum ad Basilicæ Salvatoris por-  
 tam, quæ meridiem spectat, ex equo de-  
 scendisset, in Cathedra Papali illius Ec-  
 clesiæ collocatur. Mox in Palatium  
 ascendit, & cum pervenisset ad duas se-  
 des eburneas, circumdatur cingulo, unde  
 septem claves & totidem sigilla pende-  
 bant, ad significandum septem dona Spi-  
 ritus Sancti, quibus instructus Papa ape-  
 riendi & claudendi potestate utatur.  
 Primum in una & deinde etiam in altera  
 sede paulisper acquiescenti Baculus Pa-  
 storalis traditus est. Ita Paschalis Ec-  
 clesiæ & Palatii Lateranensis possessionem  
 cepit.

Postera die, quæ erat Dominica, de-  
 cima quarta Augusti, anno millesimo no-  
 nagesimo nono, Paschalis in Basilica S.  
 Petri ab Odone Episcopo Ostiensi, assi-  
 stentibus Mauritio Portuensi, Gualterio  
 Albanensi, Bosone Lavicano, Milone Pre-  
 nestino, & Ottone Nepesino, ordinatus  
 est. Episcopus Ostiensis in hac functio-

Sæculum XI. ne Pallio utitur, quod deinde Papæ re-  
A.C. 1100. stituit; ut refert Petrus Pisanus illius ævi  
 Scriptor, a quo ista adjuncta accepimus.  
 Ceterum Paschalis II. Papa Sacram Se-  
 dem annos plus quam octodecim tenuit.  
 Romæ Festum Natalis Domini hoc anno  
 millesimo nonagesimo nono in pace tran-  
 quilla celebravit, & datis literis Legatio-  
 nem Germaniæ ab Antecessore suo Geb-  
 hardo Episcopo Constantiensi collatam  
 confirmavit. Quod testatum facit Ber-  
 toldus, coævus, & ejusdem Ecclesiæ Pres-  
 byter, cujus Chronicum anno millesimo  
 centesimo absolvitur.

*Sup. lib.*  
*LXIII.*  
*Bertold. an.*  
*1100.*

## §. II.

*Godefridi obitus. Balduinus Rex*  
*Jerosolymæ.*

*Ap. Dodech.*  
*an. 1100.*

*Pasch. ep. I.*

*Sup. lib.*  
*LXIV. §.*  
*67.*

**H**aud diu in S. Petri Cathedra federat  
 Paschalis II. cum ei literæ reddun-  
 tur, a Principibus Cruciatorum scriptæ,  
 & non solum ad eum, sed etiam ad omnes  
 Episcopos, omnesque Fideles, directæ,  
 in quibus omnes urbes a Nicea usque ad  
 Sanctam Civitatem a Sacris militibus ex-  
 pugnatæ summam reserebantur. Re-  
 spondit Papa, data epistola, in qua Cru-  
 ciatis tantam gloriam, inprimis inventam  
 Lanceam & Sanctæ Crucis partem gra-  
 tulatur. Tum, quia Daimbertus, Le-  
 gatus suus, in Sedem Patriarchalem Je-  
 rosolymitanam evehctus fuerat, ei Lega-  
 tum

tum alium sufficit, mittitque Mauritium Sæculum XI.  
 Portuensem, cum potestate omnia neces- A.C. 1100.  
 saria in Ecclesiis a jugo Mahometanorum  
 liberatis ordinandi. Hæc epistola, quar-  
 ta Maji, Indictione octava, seu anno mil-  
 lesimo centesimo, data.

Paulo post Jerosolymæ mutata est re-  
 rum facies, Godefrido Rege ad melio-  
 rem vitam translato, cum uno non plus  
 anno regnasset. Corpus defuncti in Ec-  
 clesia S. Sepulchri terræ mandatum est,  
 ubi etiam deinde ipsius Successores se-  
 pulchrum nacti sunt. Tunc vero abjecta  
 omni mora, Balduinus, Comes Edessenus,  
 Godefridi frater, Rex Jerosolymæ pro-  
 clamatur, & mittuntur nuncii, qui eum  
 celeriter accerferent. Interim Garnerius  
 Comes, Urbis Jerosolymæ Præfectus,  
 Patriarcham, ut Dominum, recipere,  
 Turrim David dedere, & *Joppen*, quæ  
 omnia Godefridus se traditurum esse  
 promiserat, detrectavit. Unde Daim-  
 bertus nullatenus sperans, Balduinum  
 Regem facturum esse, quod iste denega-  
 ret, Bœmundo Principi Antiocheno scri-  
 psit in hunc modum:

*Non ignoras, quod me, invitum, Pa- c. 4.*  
 triarcham Jerosolymitanum elegeritis;  
 ego vero scio, quanta mala, post susceptum  
 hoc officium, tulerim. Dux Godefridus  
 vix tantum Ecclesiæ relinquebat intactum,  
 quantum Patriarchis antea Turcæ indul-  
 serant,

Sæculum XI.  
A.C. 1100.

serant, donec tandem, errasse se professus, in omnia jura Ecclesiam restituit, Vasallum Sancti Sepulchri & nostrum se dixit, arcem DAVID, totam Urbem Jerosolymam, cum ditionibus ad eam pertinentibus, & quæ in JOPPE possidebat, reddidit; quod promissum, publice editum, in extremo morbo jam jam moriturus confirmavit. Sed frustra; nam post ejus obitum Comes Garnerius ab arce DAVID nos objectis armis exclusit, & Balduinum ad Bona Ecclesiæ illico occupanda invitavit. In his angustiis constituto præter Deum in te solo spes mihi ponenda est. Si pietatem amas, & degener filius videri non vis parentis tui, qui Gregorium septimum Papam, Romæ obsessum liberavit, huic Ecclesiæ, ut mihi pollicitus es, velociter succurre. Balduino scribe, & præcipe, ne nobis invitis Jerosolymam veniat. Et ob oculos pone, rationi consentaneum non esse, ut post tot labores & pericula, quæ amore hujus Ecclesiæ exhausimus, modo in servitutem eorum redigatur, quibus eam, utpote Matrem, filiis suis imperare oportet. Si ille quod æquitas jubet audire nolit, per illam obedientiam te obtestor, quibuscunque modis potes, etiam vi armorum prohibe, ne Jerosolymam veniat.

Ex hac epistola patet, Patriarcham nihil omisisse, quo inter Principes Cruciatorum bellum civile accenderet; sed  
Divi-

Sup. lib.  
LXIII.  
S. 20.

Divinum Numen avertit tantum nefas. Sæculum XI.  
 Nam Bœmundo quindecim diebus, prius A.C. 1100.  
 quam Godefridus e vita decederet, a  
 Turcis capto, cum Balduinus Jerosoly-  
 mam advenisset, Daimberto Patriarchæ  
 reconciliatus est, Arnulpho Archidiacono  
 frustra contra nitente, qui pridem Digni-  
 tatem Patriarchalem ambierat, vir opi-  
 bus & callido ingenio potens. Tandem  
 Balduinus a Daimberto Bethlehemi, in  
 Festo Natalis Domini, eodem anno mil-  
 lesimo centesimo coronatus, Regnum  
 auspiciatus est, quod annis septendecim  
 tenuit.

## §. III.

*Concilium Ansanum.*

Hugo Archiepiscopus Lugdunensis, Je-  
 rosolymam peregrinaturus, ad Pa-  
 pam Legatos misit, qui licentiam pete-  
 rent. Annuit Papa præcipiens, ut iter *Chro. Vird.*  
 suum Romam dirigeret, ubi Legati in *p. 254.*  
 Asia potestatem acciperet, qua hæctenus *to. 10. Conc.*  
 in Burgundia digne usus fuisset. Roga- *p. 726.*  
 bat etiam Hugo, ut Legatos mittendos  
 mandatis suis accurate instrueret. Istud *Sup. lib.*  
 de duobus Cardinalibus Joanne & Bene- *LXIV.*  
 dicto, qui hoc anno in Franciam vene- *S. 21.*  
 runt, accipiendum esse puto. Nunciis  
 cum illo Papæ responso in Burgundiam  
 reversis Archiepiscopus Lugdunensis Suf-  
 fraganeos & Clericos suæ Diœcesis con-



Sæculum XI.  
A.C. 1100.

vocavit, a quibus viaticum peteret, ea quippe maxime de causa Synodum Anfanam coegit anno millesimo centesimo, cui interfuerunt Archiepiscopi quatuor, Lugdunensis, Cantuariensis, Turonensis, & Bituricensis, Episcopi octo, Augustodunensis, Matisconensis, Cabilonensis, Antissiodorensis, Parisiensis, Diensis & alii duo. Statuta pace (nempe ut credo Induciis Sacris confirmatis) de itinere Jerosolymitano agere cœperunt, & illi, qui voverant, nec tamen votum adimpleverant, excommunicati sunt, usque dum promisso se exsolverent.

## §. IV.

*S. Anselmus Lugduni.*

Archiepiscopus Cantuariensis, qui Concilio Ansano interfuit, erat S. Anselmus, quem rerum suarum status jam uno plus anno Lugduni morari cogebat. Nam, Concilio Romano mensis Maji anni millesimi nonagesimi noni soluto, Anselmus, cum parum præsidii in Papa sibi esse cognosceret, altera die itineri se dederat, & superatis multis periculis tandem Lugdunum pervenerat, quem Archiepiscopus editis maximæ lætitiæ honorisque signis excepit. Ibi igitur diversari statuit, abjecta omni spe, se Rege Guilielmo Rufo superstite, in Angliam redire posse. Archiepiscopus Lugdunensis

*Edmer. 2.  
Novor. p. 55.*

*Sup. lib.  
LXIV. §.  
61.*

nensis Anselmo digniorem locum ubique Sæculum XI.  
 cedebat, volens, ut ipse Clericos ordina- A.C. 1100.  
 ret, Ecclesias dedicaret, ceteraque offi-  
 cia Episcopalia perageret. Multi ab ejus Edmer. 2.  
 manibus Confirmationis Sacramentum vit. p. 13.  
 accipere cupiebant, quod ille sine licen- Ep. Anselm.  
 tia Episcopi Diocesani nulli conferebat. p. 97.  
 In illa Lugdunensi commoratione Ansel- 6. 8. 13.  
 mus Librum de *Conceptu Virginali & Ori-*  
*ginali peccato* scripsit. In eo autem non  
 agitur quæstio, de modo quo Sancta  
 Virgo concepta fuit, sed quomodo ipsa  
 Verbum Incarnatum conceperit, osten-  
 ditque Auctor; posito etiam, quod Filius  
 Virginis fuisset purus homo, talem, qua-  
 lis fuit primus hominum, sine peccato  
 originali futurum fuisse. (\*) Tum de  
 natura hujus peccati amplissime differit.

A 5

Inter

(\*) Hic lubet, ipsa S. Doctoris verba ex  
 cap. XI. subjungere. Quoniam ergo propaga-  
 tio viri de sola Virgine, ita non est naturalis,  
 aut voluntaria; sed mirabilis, sicut illa, quæ  
 mulierem protulit de solo viro, & sicut creatio  
 viri de limo; palam est, quia nequaquam subja-  
 cet legibus & meritis illius propagationis, quam  
 & voluntas & natura quamvis discrete ope-  
 rantur; aliud enim ibi faciat voluntas, aliud  
 natura: pariter tamen verus est homo, & Adam  
 de non homine, & JESUS de sola muliere, &  
 Eva de solo viro; sicut est verus homo quilibet  
 vir

Sæculum XI. Inter hæc nuncium affertur, Urba-  
 A.C. 1100. num II. Papam obiisse, & Paschalem ei  
 III. ep. 40. fuisse subrogatum, cui Anselmus, data  
 epistola, causam ob quam ex Anglia dis-  
 ccessisset exposuit in hunc modum: *Vi-  
 debam multa mala, quæ emendare in mea  
 potestate non erat, & dissimulare non li-  
 cebat. Urgebat Rex, ut consuetudines,  
 Legi Divinæ adversas, quas jura sua di-  
 cebat, approbarem. Nolebat, ut quisquam  
 in Anglia sine ipsius consensu Papam vene-  
 raretur, nec ut ei scriberem, aut ad me da-  
 tas*

*vir aut mulier de viro & muliere. Item c. XIII.  
 Si diligenter puro rationis intuitu sapientem  
 Dei speculamur Justitiam; nimis absurdum in-  
 telligitur, ut per illud semen, quod non creata  
 natura, nec voluntas creaturæ . . . . produ-  
 cit . . . . sed solius Dei voluntas propria, ad  
 procreandum hominem, nova virtute mundum  
 a peccato, de Virgine segregat, alieni pecca-  
 ti . . . . sive pœnæ, ad eandem hominem necessi-  
 tas ulla pertranseat; etiamsi non assumatur in  
 Personam Dei, sed ut purus homo fiat. Nam  
 eadem ipsa ratione, qua non debuit Deus Adam  
 facere nisi justum nec aliquo debito . . . . grava-  
 tum, aperte mens rationalis cognoscit eum, quem  
 similiter propria voluntate & virtute procreat,  
 alicui malo subditum fieri non debere &c.*

Hucusque S. Anselmus & solide & erudite.  
 An sic autem omnis tollatur difficultas, Lecto-  
 ris Theologi judicium esto. Ego manum de ta-  
 bula,

*tas reciperem. Cum annis modo tredecim* Sæculum XI  
A. C. 1100.  
*in Anglia imperaverit, nullam per ipsum*  
*licuit in illo Regno Synodum celebrari.*  
*Ecclesiæ agros Vasallis suis concedebat,*  
*mihique, aliorum consilium exquirenti,*  
*nullus in toto Regno Episcopus, & ne qui-*  
*dem Suffraganei mei, quidquam aliud,*  
*quam quod Regi placitum sciebant, sua-*  
*deve audebant. Petii, ut in rebus his ar-*  
*duis Sacram Sedem consulere mihi liceret;*  
*respondit Rex; se vel hac sola postulatio-*  
*ne gravissime offendi, jamque superesse, ut*  
*vel erroris & culpæ veniam deprecaver,*  
*vel ex ejus Regno facerem. Relictis*  
*omnibus abire malui; statimque Rex*  
*omnia Archiepiscopatus Bona occupavit,*  
*nisi quod monachis alimenta & vestimen-*  
*ta concesserit. Nunc quoque, sæpius a*  
*Summo Pontifice defuncto per literas fru-*  
*stra admonitus Censuræ Ecclesiæ usurpat.*  
*Tertius jam annus labitur, ex quo An-*  
*gliam reliqui. Modicam pecuniam, quam*  
*inde abiens acceperam, expendi, & multo*  
*plus, quod mutuum creditores dederunt;*  
*nam ære alieno gravor. Denique Archi-*  
*episcopi Lugdunensis beneficio alor. Non*  
*autem ideo ista memoro, quod in Angliam*  
*redeundi desiderio tenear, sed ut scias, quo*  
*loco sitæ sint fortunæ meæ. Quin potius*  
*obtestor te, ne me illuc redire jubeas, nisi*  
*illa conditione, ut ibi præcepta Divina*  
*servare possim, & Rex detrimentum Eccle-*  
sue

Sæculum XI. A.C. 1100. *sic meæ illatum repararet. Secus juste spoliatus, quod ad Sedem Apostolicam confugere ausus fuerim, quibusdam videri possem, quæ res pessimi exempli esset. Nonnulli minus sapientes ex me querunt, cur Regem non excommunicem; sed qui prudentia valent, suadent, ut ab hac excommunicatione temperem, quod non oporteat, me simul Romæ querelas movere, & simul me ipsum offensas meas ulcisci. Tandem ab amicis meis, qui apud Regem sunt, per literas moneor, ipsum excommunicationis censuram a me latam risu excepturum esse.*

## §. V.

*Guilielmi Rufi obitus. Henricus I. Rex Angliæ.*

*Lib. 3. No. vor.* **H**aud multo post afferuntur literæ, in quibus nunciabatur, Regem Guilielmum Rufum funesto casu, cum feras in saltu insectaretur, die Jovis, secunda Augusti, anno millesimo centesimo, fuisse interfectum, eumque nec pœnitentem, nec confessum protinus animam reddidisse. (\*) Defunctum amarissime luxit Ansel-

(\*) De Regis hujus exitu in Natali Alexandro Sæc. XI. & XII. istud legitur: *Obiit Willelmus II. anno centesimo supra millesimum, Regni XIII. Nonis Aug. quadragenario major, inter venandum*

Anselmus, dicere auditus: *Levius multo tulissem, si me ipsum Deus ex hac misera vita evocasset, quam quod infelicem Principem tali exitu e vivis abire permiserit.* Paucis deinde elapsis diebus, adest ab Ecclesia Cantuariensi Legatus, cum literis, in quibus Anselmus redire instantissime rogabatur. Igitur postquam cum Archiepiscopo Lugdunensi consultasset, iter aggressus est, in Angliam navigaturus, omnibus bonis in Burgundia carissimi viri discessum dolentibus. Vix Cluniacum pervenerat, cum redduntur ei aliæ literæ ab electo Rege Henrico & Purpuratis Angliæ datæ, qui monebant; celeriter in Angliam reveheretur. In epistola sua Rex dicebat; se, mortuo fratre, a Clericis populoque Angliæ Regem electum fuisse, sed inimicorum suorum machinationes timentem, compulsus fuisse, ut se ungi pateretur, priusquam Archiepiscopus advenisset. Petere se ne id mali consuleret; ceterum consilia Præsulis lubenti animo secuturum esse. Guilielmus Rufus nulla relicta prole obierat, cumque Robertus ejus frater, ætate major,

Sæculum XI.  
A.C. 1100.

*dum sagitta (ut ferebatur) fortuito confixus a Walterio TYREL, quem ex Francia adductum in familiaritatem receperat. Quod tamen Tyrellum constanter negasse, testis est Sugerius Abbas.*

Sæculum XI.  
A.C. 1100.  
jor, Dux Normanniæ necdum a peregrinatione cruciata reversus esset, Henricus, natu minor, fratre absente, Regem se sine mora proclamari & coronari effecerat, qui deinde non obstante Roberti conatu annis plusquam triginta sex Rerum in Anglia potitus est.

*Edmer. 3.*  
*Nov.*  
Anselmus strenue iter faciens, cum Dubrim vigesima tertia Septembris apulisset, in Anglia exceptus est, omnium ordinum hominibus maximam lætitiã profitentibus, quod sperarent, ipso redeunte patriam quasi e ruinis resurrecturam, & Sanctum Præsulem malis omnibus, præsertim illis, quibus Religio pãne everfa erat, remedium allaturum esse.

## §. VI.

*Concilium Valentinum.*

*to. 10. Conc.*  
*p. 717. ex Hugo Flav. p.*  
*254.*  
In Francia duo Legati Joannes & Benedictus complura celebrarunt Concilia, quorum primum, quod Augustoduni indictum fuerat, Valentia habitum est. Præcipua hujus Conventus causa fuere querelæ Canonicorum Augustodunensium contra Norigaudum Episcopum suum, qui Simoniace intrasse & Bona Ecclesiæ suæ distraxisse accusabatur. Is auctoritate Legatorum Canonicos Valentiam venire compulit, quamvis reclamarent, se ad locum extra suam provinciam positum vocari non debere.

Nam

Nam Valentia provinciæ Viennensi ad Sæculum XI.  
 scripta est. Prima Concilii Sessio cele- A.C. 1100.  
 brata est ultima die Septembris anno  
 millesimo centesimo, cui Prælati omni-  
 no viginti quatuor, Archiepiscopi, Epi-  
 scopi, & Abbates interfuerunt. Ar-  
 chiepiscopus Lugdunensis ægrotans Le-  
 gatos misit; Episcopi vero Lingonensis  
 & Cabilonensis, ne irent, ab eo prohibi-  
 ti dicebantur, quia offensum se credebat,  
 quod Legati Romani Episcopum suæ  
 Diocesis ipsius Judicio subtraherent.  
 Episcopus Matisconensis, cum Roma re-  
 dired, a Guiberto Antipapa captus, in  
 custodia detinebatur. Ita ex provincia  
 Lugdunensi solus Episcopus Augustodu-  
 nensis in Concilio Valentino fuit.

Porro Episcopi Augustodunensis Ad-  
 versarii erant tres ipsius Ecclesiæ Cano-  
 nici, atque inter eos duo Archidiaconi,  
 Præpositus & Cantor. Præterea Ab-  
 bas S. Benigni Divione, Abbas Flavinia-  
 censis, & Abbatis Cluniacensis Legati.  
 Sed accusatus respondebat; non esse ido-  
 neas ad accusandum Personas, quod oves  
 Pastorem suum accusare non deberent.  
 Omnes ipsius Electioni & consecrationi  
 consensisse, quamvis sub pœna anathe-  
 matis monitos, ut proponerent, si quid,  
 contra Electum objiciendum, haberent.  
 Unum ex eis a se Officium Diaconi, &  
 alterum Cantoris suscepisse, & utrumque  
 sibi



Sæculum XI.  
A.C. 1100.

sibi homagium præstitisse. Tandem ineptam esse Actionem, in qua unicus esset accusator & alter testis. Dicebant Legati; In causa Simonia nullam omnino, quamquam infamem, personam ab accusatione removeri, cum Gregorius VII. Papa in quodam Concilio Romano Episcopum Simoniacum deposuisset, accusante uno Abbate, criminis conscio. Ceterum unum Actorem & unum testem sufficere.

Ubi deinde proferenda fuisset Sententia, inter Episcopos & Legatos orta est contentio. Dicebant enim Episcopi, Accusatum ad se purgandum compellendum esse, pro more Ecclesiæ Gallicanæ, in Concilio Claromontano, Urbano Papa præsentem, confirmato. Quibus respondebant Legati, secundum Canones Actorum esse, probare, quod reo objicerent. Reus vero ad Sacram Sedem appellavit; quam appellationem Legati non receperunt, quod ipsis Papa plenitudinem potestatis communicasset. Inter hæc Sessio usque ad noctem producta, causæ decisio in aliam diem dilata est. Illa nocte Norigaudus Episcopis dona misit, quæ a quibusdam accepta ab aliis repulsa sunt. Iisque, qui munera rejecerant, Cardinales Legati in Sessione alterius diei publice gratias dixerunt. Causa quidem in ista Sessione iterum agitata,

tata, sed non finita est, rogantibus omnibus Episcopis, ut usque ad Concilium, ab iisdem Legatis Pictavii celebrandum, res differretur. Interim vero Norigaudus ab omni Officio Episcopali & Sacerdotali suspensus est. Hæc in ipsius causa in Concilio Valentino acta sunt.

Sæculum XI.  
A. C. 1100.

## §. VII.

*Guiberti Antipapæ obitus.*

Guibertus Antipapa dum hoc Concilium celebratur, videlicet sub initium Octobris anno Salutis millesimo centesimo, ex quo in Sacram Sedem intrusus fuisset vigesimo, ex quo Gregorius VII. Pontifici rebellis extitisset, vigesimo tertio, e vivis abiit. Quamprimum Apostolicam Sedem ascendisset Paschalis, ei Romani maximopere suadebant; Antipapam Guibertum tandem dejiceret; rem probro non vacare, rebellem tribus ejus Antecessoribus resistere potuisse. Si pecuniæ defunt, inquietant, auro & argento subveniemus. Tumque Legati Comitum Rogerii advenientes, ut Papam electum nomine Domini sui salutarent, ad ejus pedes inclinati uncias auri mille posuerunt. Paschalis Papa, his subsidiis excitatus, adversus Guibertum arma capit, Albano pellit; sicque ejus factio etiam in ipsa Urbe Romana attrita est. Guibertus ad oppidum vulgo

Chro. Vird.  
p. 256.

Domnizo.

Petr. Pisa.

*Hist. Eccles. Tom. XVI.*

B

Cit.

Sæculum XI. *Citta di Castello* se recipiens in illa fuga  
 A.C. 1100. subito fato e vivis ereptus est. Necdum  
 tamen Schisma extinctum; nam defun-  
 cti Antipapæ Fautores ei quemdam Al-  
 bertum subrogarunt, qui ipsa die electio-  
 nis suæ a Catholicis captus, ad S. Lau-  
 rentium carceri mancipatur. Tum cum  
 Schismatici Theodoricum elegissent, et-  
 iam iste post trium mensum & aliquot  
 dierum spatium captivus in monasterio  
 Cavensi custoditus. Huic rursus Magi-  
 nulphum suffecerunt, qui vaticiniis &  
 magicis superstitionibus plebi impone-  
 bat; sed & huic fortuna defuit, qui,  
 Roma ejectus, in exilio ad extremam mi-  
 seriam redactus mortem oppetiit.

Episcopus Matisconensis, e captivi-  
 tate Guiberti liberatus, Romæ obvios  
 habuit Ecclesiæ Augustodunensis Lega-  
 tos, qui, ipso præsentente, Acta in Conci-  
 lio Valentino Pontifici retulerunt. Ea-  
 dem percepit Papa ex epistolis duorum  
 Cardinalium Joannis & Benedicti Lega-  
 torum suorum, qui Cardinales Romæ  
 existentes rogabant, ne illa, quæ pro ho-  
 nore Romanæ Ecclesiæ acta fuissent, in-  
 firmari paterentur. Episcopus vero Ma-  
 tisonensis pro Episcopo Augustodunensi  
 Collega suo intercedebat, cumque Papa  
 remisit cum literis, in quibus Legatos  
 suos exhortabatur, ut illi Parti, pro qua  
 pugnaret Justitia, faverent, promittens,  
 sic

sic solum se ipsorum sententiam ratam Sæculum XI.  
 habiturum. Eodem anno millesimo cen- A. C. 1100.  
 tesimo, decima quarta Aprilis, Papa No-  
 rigaudo tanquam Episcopo legitimo  
 Confirmationem privilegiorum Ecclesiæ  
 suæ concesserat. Et tandem etiam Epi- Pasch ep. 38.  
 scopus Matisconensis in Franciam redux  
 Concilio Pictaviensi interfuit.

## §. VIII.

*Concilium Pictaviense.*

Nondum Concilium Pictaviense, nec et-  
 iam Valentinum celebratum fuerat,  
 cum Ivo Carnotensis, acceptis a Legato Iv. ep. 84.  
 Joanne literis, sinceræ amicitiae notis  
 plenis, respondit, data epistola, in qua  
 primum ejus laudat prudentiam, quod  
 cum Rege communicare noluerit, *qua*  
*constantia, inquit, tam famæ tuæ quam*  
*Legationis, qua fungeris, honori consului-*  
*sti, etsi quidam provinciæ Belgicæ Episco-*  
*pi in Festo Pentecostes Regem coronave-*  
*runt, contra præceptum Urbani II. piæ*  
*memoriæ, quasi vero Justitiam rei unacum*  
*Pontifice extinctam crederent.* Alibi ex- Sup. lib.  
 plicavi, qualis illa Regum coronatio in LXIV.  
 Festis majoribus fuerit, qua tunc Rex S. 21.  
 Philippus indignus erat, utpote ite-  
 rum excommunicatus, ob Bertradam,  
 quam vetiti commercii dulcedine captus  
 ad contubernium revocaverat. Tum  
 Ivo Carnotensis ita prosequitur: *Illud*  
*quod*

Sæculum XI. quod suades, Pictavii vel in alio loco pro-  
A.C. 1100. vinciæ Aquitaniæ Concilium convocan-  
dum esse, omnino approbo. Si enim in  
provincia Belgica vel Celtica celebraretur  
Synodus, multa silentio premenda es-  
sent, quæ si publice discuterentur, scan-  
dalum parerent, totumque ferme conven-  
tus fructum perderent, & si dissimularen-  
tur, multum Legationis tuæ auctoritati  
nocerent. Quod vero ad præstitutam  
Concilio diem spectat, quam vigesima nona  
Julii ponis, nostrarum regionum Episco-  
pi inde prætextum se excusandi invenient,  
quod sufficiens temporis spatium ipsis non  
sit, quo veniant, & ad iter suscipiendum  
omnia præparent; compluribus enim eo-  
rum non recta, sed per viarum ambages,  
& non nisi omnium Principum, per quo-  
rum territorium transeundum, præsidio  
munitis, ad locum Concilii pervenire lice-  
bit. Hinc mihi videtur, magis e re no-  
stra esse, si ad autumnum conventum dif-  
feramus. De his & pluribus aliis, quæ char-  
itate committere nolo, colloquemur, ubi, Deo  
dante, alter alterius vultum conspiciemus.

to. 10. p. 720.  
722.

Itaque dilatum Concilium Pictavien-  
 se, nec ante diem octavam S. Martini,  
 nempe decimam octavam Novembris in-  
 choatum. Adfuere Præsules octoginta  
 tum Episcopi tum Abbates, & inter alios  
 Ivo Carnotensis, quod ex ejus epistolis  
 dispicimus. Causa Norigaudi Episcopi  
 Augu-

Augustodunensis, in Concilio Valentino ventilari cœpta, iterum agitur, præ-  
 sente Norigaudo, ejusque partes Episcopo Cabilonensi & Diensi tuentibus, quos  
 Archiepiscopus Lugdunensis miserat, impatientissime ferens, quod Legati extra  
 provinciam suam Suffraganeum suum in judicium vocassent. Advenerunt & Canonici  
 Augustodunenses numero triginta quinque contra Episcopum suum agentes.  
 Repetuntur, quæ jam in priori Concilio utrinque objecta fuerant,  
 omnibus ferme Concilii Pictaviensis Præsulibus constanter affirmantibus,  
 pro more Ecclesiæ Gallicanæ reis purgationem peccati concedendam esse,  
 contra quam Legati volebant. Ergo Episcopo Augustodunensi facultas datur se  
 purgandi, eique injunctum, ut statim id faceret, productis virorum idoneorum  
 testimoniis, exclusis Episcopo Cabilonensi & Diensi, qui partium studio capti  
 noscebantur. Tum Archiepiscopo Turonensi, Episcopo Rhedonensi, pluribusque  
 aliis ex provincia Lugdunensi, ad juramentum cum Episcopo Augustodunensi  
 edendum se se offerentibus, dixerunt Canonici: *Non novistis virum hunc, &  
 pejerandi periculo vos exponitis, quod argumentis, jurejurando, & ignis probatione  
 demonstrare possumus.* Quæ admonitio, cum Archiepiscopum Turonensem

Sæculum XI.  
 A.C. 1100.

Sæculum XI. ceterosque a proposito absterruisset, &  
 A.C. 1100. Episcopus Augustodunensis purgationem  
 Canonicam præstare nequiret, Stolum  
 reddere & annulum iussus est. Ipse re-  
 tro Altare cum suis secedens nec iudicio  
 paruit, nec ad Conventum rediit. Quam-  
 obrem ab Episcopali & Sacerdotali mu-  
 nere deponitur, addita excommunicatio-  
 nis comminatione, nisi obediret. Item  
 ab Ecclesiæ liminibus exclusi sunt omnes,  
 qui ipsi ut Episcopo obedirent, aut in  
 contumacia perseveranti opem ferrent.  
 Non ideo tamen obediit Stolum & annu-  
 lum retinens. At Canonici Bona Eccle-  
 siæ occuparunt, frustra repugnante Archi-  
 episcopo Lugdunensi, Legatorum Judi-  
 cium damnante, quod læsa ipsius aucto-  
 ritate contra Canones tulissent.

Ceterum in Concilio Pictaviensi sex-  
 decim Canones conditi, quorum hæc  
 ferme summa est. Soli Episcopi Cleri-  
 cis, & Abbates monachis suis primam  
 Tonsuram conferant, nec pro ea collatio-  
 ne vel forvices vel mappulas vel manu-  
 tergia exigant. Pro collatione Præben-  
 darum Episcopi nec epulas, nec Cappas,  
 nec Tapetes, nec pelluvia, aut pelves,  
 nec mantilia pro consecratione Episcopo-  
 rum, aut Benedictione Abbatum exigant.  
 Vestimenta Sacerdotis vel Altaris vel va-  
 sa Sacra nullus præter Episcopum bene-  
 dicere præsumat. Nullus Monachorum  
 mani-

Can. 1.

2.

7.

13.

4.

manipulis utatur, nisi fuerit Subdiaconus ordinatus. Nullus Abbatum utatur chirothecis, sandaliis, annulo, nisi cui fuerit per privilegium a Romana Ecclesia concessum. Nulla fiat Investitura Præbendarum, viventibus illis, qui eas possident. Clerici nunquam alicui Laico homagium quocumque modo facere præsumant, aut quodcumque Beneficium Ecclesiasticum recipiant. Clericis Regularibus baptizare, prædicare, pœnitentiam injungere aut sepulturam concedere, si ab Episcopis suis jussi fuerint, liceat. Monachis non liceat. Sanctorum Reliquias pecuniæ acquirendæ & quæstus causa circumferentes ad prædicandum Verbum Dei non admittantur. Nullus Ecclesiæ Advocatus Res Episcopi sive in vita sive post mortem ejus sibi vindicare audeat. Quod si fecerit, Anathema sit.

Præterea, in Concilio hoc nihil gravioris momenti actum, quam quod in eo Rex Philippus excommunicatus fuerit. Concilio Valentino soluto, duo Legati Pontificii ejus Regiam petunt, & omnibus viribus permovere conantur, ut pellicem, nominis sui opprobrium, ejiceret. Sed spe sua frustrati sub finem Concilii communicationis sententiam in eum intorserunt, Duce Aquitaniæ præsentente. Erat is Guilielmus IX. Comes Pictavensis, Vasconia & Tolosæ, qui nullum non

Sæculum XI.

A.C. 1100.

5.

6.

8.

Canones  
Concilii Pi-  
ctaviensis.

3.

10.

11.

12.

15.

Iv. ep. 95.

100.

Sed Chro. Virg.

Ex. p. 260.



Sæculum XI.  
A.C. 1100.

movit lapidem, quo Legatos absterreret, ne de Rege durius decernerent, tum ut Regis, Domini sui, honori consuleret, tum etiam propriam causam defenderet, quippe moribus vivebat Regis libidine deterioribus. Summis precibus ergo deposcebat, ne Dominum suum excommunicarent, idem rogantibus Episcopis compluribus. Cumque nihil impetrarent, Comes e loco Concilii cum suis exiit, minas ferociter effundens; discedentem secuti sunt non nulli Episcopi, aliquot Clerici & multo plures Laici. Sic ordine turbato, & pace in tumultum versa, Legati & Episcopi, qui remanserunt, Excommunicationis Sententiam in Philippum Regem & Bertradam protulerunt. Tum ad solvendum Concilium more solito acclamari coeptum; sed crescente turbæ frementis æstu, quidam e populo, in superioribus Ecclesiæ existens, lapidem jecit, ut Cardinales feriret, cujus ictu Clericus quidam adstans capite contrito prostratur, & prorumpente sanguine pavementum polluitur. Clamore confuso domus impletur, furore & insaniam intus & extra exsuperante. Nihilominus Legati persistunt immoti, quin etiam ad saxa volantia recipienda, Mitris detractis, capita nuda retegunt. Tanta constantia seditioforum licentiam resistit, ipsi Comites, ceterique, qui Legatos  
inse-

infectari cœperant, veniam rogarunt. <sup>Sæculum XI.</sup>  
 In illo tumultu omnium admirationem <sup>A. C. 1100.</sup>  
 in se rapuerunt, ad ingens periculum in- <sup>vit. Bern. c.</sup>  
 trepidi, Sancti duo Abbates, Bernardus <sup>6. Boll. 14.</sup>  
 ad S. Cyprianum Pictavii, & Robertus <sup>April. to. 10.</sup>  
 Arbrifellensis, cujus mentio superius fa- <sup>p. 233.</sup>  
 cta est. (\*) Ceterum hæc in Regem la- <sup>Sup. lib.</sup>  
 ta excommunicationis Censura fidelium <sup>LXIV. §.</sup>  
 animos usque adeo terruit, ut cum haud <sup>34.</sup>  
 diu post cum Regina Bertrada ad Urbem <sup>Chro. Virg.</sup>  
 Senonensem diverfisset, totos quindecim <sup>p. 269.</sup>  
 dies, quibus ibi moratus est, ab omni-  
 bus Ecclesiis, clausis portis, submotus fue-  
 rit, & ad nullum Religionis Officium ad-  
 missus. Hinc Bertrada, muliebriter im-  
 patiens, cujusdam Ecclesiæ januam a suis  
 infringi, & unum e Capellanis suis Sacris  
 operari jussit.

B 5

§. IX.

(\*) In Actis Conciliorum subjungitur: *Rem-  
 aliter narrat Gauffredus Grossus in vita Bernar-  
 di primi Abbatis Tironiensis, cujus discipulus fuit.*  
*Cujus verba sunt: Qua Excommunicatione*  
*comperta Guilielmus, Dux Aquitanorum, . . . .*  
*nimio furore succensus, jussit omnes illos depræ-*  
*ari, flagellari, occidi. Quod ministris suis*  
*facere incipientibus, Pontifices & Abbates*  
*omnes huc illucque diffugiunt. . . . At vero*  
*Bernardus atque Robertus Arbrifellensis . . . .*  
*fortissimi Justitiæ Propugnatores . . . . immo-*  
*biles constantesque persisterunt &c.*

Sæculum XI.  
A.C. 1100.

§. IX.

*Bernardi Tironiensis Exordia.*

*vit. per* **B**ernardus, eodem anno Abbas S. Cypriani Pictavii electus, primo lucem aspexerat Pontivii prope Abbatisvillam, piissimis parentibus, qui filium ab unguiculis ad literarum studia admoverunt. Ipse adhuc puer, cum ceteris modestiæ & pietatis singularis exemplum præberet, a sodalibus suis monachus dicebatur. Postquam Grammaticæ & Dialecticæ operam dedisset, animum ad Sacram Scripturam convertit, in qua necdum vicenni major plus quam mediocriter versatus fuit. Tum majoris perfectionis desiderio ductus, relicta patria, in Aquitaniam cum tribus sociis comævavit. Ubi ad Monasterium S. Cypriani prope civitatem Pictaviensem pervenerunt, in eo subsistere statuerunt, permoti fama Abbatis Rainaudi, S. Roberti Fundatoris Casæ Dei Discipuli, qui & ipse in sua Congregatione complures magni nominis viros, & præter alios Hildebertum seu Aldebertum, postea Archiepiscopum Bituricensem, numerabat. Jamque Bernardus, Institutum monasticum ad S. Cyprianum amplexus, annos decem vel forte plures, magno Disciplinæ Regularis emolumento, transegerat, cum Gervasius, ejusdem Congregationis monachus

*Sup. l. LIX.*  
*§. 78.*

nachus ad monasterium propinquum S. Sæculum XI.  
 Savini, ut illud Abbatis Dignitate auctus A. C. 1100.  
 reformaret, mittitur, qui id muneris in  
 se suscipere recusavit, nisi Bernardus, ibi-  
 dem Prior futurus, ipsum comitaretur.

Cum exinde Gervasius, anno millesi-  
 mo nonagesimo sexto, suscepta peregrina-  
 tione Crucjata, in itinere vitam finivisset,  
 sciretque Bernardus Monachos Saviniacenses  
 ipsum Abbatem electuros esse, clam discessit,  
 exsecuturus, quod pridem animo constituerat,  
 scilicet more Eremitarum, & de labore manuum  
 suarum vivere. Ergo consilium suum cuidam  
 Eremitæ nomine Petro de Stellis, Monasterii  
 Fontisgumbaldi aperit, qui eum in Desertum  
 Territorio Cenomanensi & Britannia vicinum  
 deduxit, ubi multi Eremitæ sub Disciplina  
 Roberti Arbrifellensis, Vitalis Mortaniacensis,  
 & Rudolphi *de Fustaye* vulgo dicti, degebant. Petrus  
 de Stellis amicum suum Vitali tradidit, verum  
 presso ipsius nomine, non Bernardum, sed  
 Guilielmum dixit. Optione Bernardo facta,  
 ut inter Eremitarum Cellulas eligeret, quam  
 vellet, illam expetiit, in qua aliquis, nomine  
 Petrus, versabatur, quod pauperrimam cerneret,  
 ex corticibus arborum in collapsæ Ecclesiæ  
 ruinis structam. Petrus Novitium suum  
 artem tornandi vasa docuit. Ceterum ante  
 solis occasum non manducabant,  
 nec

Sæculum XI. nec aliis dapibus reficiebantur, quam  
 A.C. 1100. pulmentario ex oleribus silvestribus pa-  
 rato, quod diebus festis tantum modico  
 sale condiebant.

S. Savini Monachi, cum nullam viam  
 intentatam reliquissent, Guilielmum seu  
 Bernardum tandem e latibulo suo erue-  
 runt, postquam ibi annos tres consum-  
 plisset, necdum enim a proposito eum Ab-  
 batem suum eligendi abierant. Ut hoc  
 c. 4. periculum effugeret Bernardus, nam ab  
 amicis monitus fuerat, eos venturos esse  
 cum mandatis Abbatis & Episcopi sui,  
 statuit in aliquam Insulam se recipere,  
 atque in illa quæ vulgari nomine *Chaus-*  
*sey* dicitur, inter fanum S. Maclovii &  
 Insulam *Jersey* posita est, sese occulta-  
 Bernardus in vit; ubi omnino solus in extrema pau-  
 Eremo. pertate degens, crudis radicibus vitam  
 sustentabat. Interim Monachi S. Savini  
 c. 5. spe abjecta, Bernardum suum inveniri  
 posse, alium Abbatem elegerunt. Tunc  
 vero Petrus de Stellis, ad S. Vitalem ve-  
 nit, quæsit, ubi vir ille esset, quem ipsi  
 tradidisset, verum nomen & Bernardi  
 merita aperit, præsentibus Eremitis Vi-  
 tali subditis, suavitque, ut eum ex illa  
 Insula ad se revocarent, sicque ipsius Do-  
 ctrina & exemplo magis in via virtutum  
 proficerent. Quin ista Legatione ipse  
 defungi voluit, & ad Bernardum se con-  
 tulit, cui cum nunciasset, Monachos S.  
 Savini

Savini tandem Abbatem habere, persuasit, ut ad Desertum Cenomanense & Vi- Sæculum XI.  
A.C. 1100.  
talem rediret. Ibi Bernardus, aliquot Discipulis circa cellulam suam congregatis, tanto successu Verbum Dei prædicare aggressus est, ut ejus fama, longe lateque dispersa, etiam ad Rainaudum Abbatem S. Cypriani Pictavii, primum ipsius Magistrum, pervenerit.

Rainaudus Abbas, annis gravis, & finem vitæ suæ haud procul abesse sentiens, nihil magis exoptabat, quam ut Bernardus sibi succederet, timens, ne ab aliis ad regendam aliam Ecclesiam præriperetur. Quamobrem loco, in quo versabatur, cognito eum adiit aliasque causas obtendens permovit, ut rediret, sibi que, ut olim, in monasterio subesset. Revertentem monachi maximo gaudio exceperunt, mirantes ejus barbam prolixè dependentem, vestemque pro more Eremitarum erectis pilis horridam, & refarcitam. Fastidium peperit habitus insolentia; quare ad illa corporis tegumenta, quibus olim inter ipsos usus fuerat, repetenda compulso, primum Præpositi munus injungunt, tum Rainaudo, anno millesimo centesimo post quatuor menses, ex quo redierat, fatis functo, Abbatem sufficiunt. At non licuit Bernardo in sua Abbatia diu quieto esse; nam Monachi Cluniacenses, dicentes il-  
lam

Sæculum XI. lam Abbatiam sibi subjectam esse debere, a Paschale Papa Bullam obtinuerunt, in qua Bernardus ipsos sibi Præpositos venerari jubebatur; addita comminatione, si detrectaret, omnibus Abbatis officiis ipsi esset interdictum. Maluit Bernardus pœnam subire, & veterem animi sui propensionem secutus, ad amicos suos Robertum Arbrifellensem, & Vitalem Mortaniacensem rediit. Hi nudis pedibus urbes & vicos peragrabant, peccatores ad pœnitentiam exhortantes. Magno zelo perorabant contra Presbyterorum concubinatum, quæ labes totam Normanniam infamaverat. Nam publice nuptias inire audebant, & præsentibus parentibus jurejurando se obstringebant, nunquam fore, ut filias eorum, uxores suas, destituerent. Ecclesias suas in filios quasi jure hæreditario transmittébant, easque sæpe filiabus suis nubentibus in dotem scribebant. (\*) Itaque Bernardus & Socii ejus, Viri Sancti, ad reprimendam pudendam Clericorum audaciam, vitam suam periculo exponere non dubitabant.

## §. X.

(\*) Nihil auxilii pro causa sua Protestantibus in hoc libidinantium Clericorum Normanniæ exemplo est, cum talia ausi sint, quæ nec inter ipsos ulli Prædicantium licent.

## §. X.

Sæculum XI.  
A.C. 1100.*S. Anselmus in Anglia.*

Sanctus Anselmus, in Angliam appulsus, *Edmer. 3.*  
paucis inde diebus in conspectum *Novor.*

Henrici Regis venit, qui lætissimus Præ-  
sulem excepit, persuasitque, justam fuisse  
causam non differendi unctionem  
suam, donec ex Anselmi manibus coronam  
accipere potuisset. Anselmo deinde  
significatur, Regem petere, ut more  
Antecessorum suorum ipsi fidem juraret,  
& Investituram Archiepiscopatus ab eo  
reciperet, respondit vero Anselmus, id  
neutiquam in sua potestate esse, retulit-  
que, quæ de hac re in Concilio Romano,  
ipso præsentem, statuta fuissent. Subjun-  
gens: *Si Rex ista Decreta servare nolit,*  
*non puto, me vel utiliter vel honeste in*  
*Anglia versari posse. Nam si Episcopatus*  
*aut Abbatias conferat, a Communione*  
*ipsum, illorumque, quibus has Dignitates*  
*contulerit, abstinere cogar. Rogo igitur*  
*Regem, ut mentem suam explicet, unde*  
*sciam, quid mihi statuendum sit.*

Anxium reddidit Regem minime per-  
plexam Præsulis responsio. Hinc enim eo  
adduci non poterat, ut Investituris Eccle-  
siarum renunciaret, quod ipsi perinde esse  
videbatur, ac si dimidium Regni sui amitte-  
ret, inde vero metuebat, ne, si Anselmum  
iterum ex Anglia solvere sineret,  
Ducem



Sæculum XI.  
A.C. 1100.  
Ducem Robertum fratrem suum, in Normannia ex peregrinatione Jerosolymitana reducem, adiret, atque, ut se Decretis Sacræ Sedis submitteret, facili negotio impulsus, Angliæ Regem proclamari efficeret. Ergo Henricus ab Archiepiscopo inducias petiit usque ad Pascha, intra quod tempus missis Romam nunciis Papa rogaretur, ut consuetudinum in Anglia receptarum rationem haberet. Interim vero omnia in eo, quo erant, statu remanerent. Quamvis Anselmus prævideret, nullum futurum esse hujus Legationis effectum, consensit tamen, ne vel Regi vel Proceribus de fidei suæ sinceritate dubitandi occasionem præberet.

Rex animo constituerat, Mathildem, Malcolmi Regis Scotiæ & Sanctæ Margaritæ Reginæ filiam in tori consortem accipere. Quia vero Puella in monasterio fuerat educata, & velamen, quo Moniales caput obtegere adsueverunt, gesserat, multi credebant, ipsam esse Monialem Deo Sacram. Ergo Mathildis Anselmum adit, causamque suam dicit in hunc modum: *Fateor, me aliquamdiu nigro velamine caput involvisse; attamen, ad hoc faciendum me Amita mea, cujus Disciplina suberam, invitam compulit, ut Normannorum libidini subtraheret. Extra ejus conspectum posita, diripiebam*  
plum

Sup. lib.  
LXIV. §.  
12.

plum & projectum calcabam. Cum qua-  
dam die Rex, parens meus, in illo habitu  
me vidisset, iratus detraxit, malum im-  
precans homini, qui capiti meo id impo-  
sisset. Anselmus, intelligens, gravissi-  
mi momenti rem esse, Episcopos, Abba-  
tes, Purpuratosque *Lamberti* in Diocesi  
Rofensi collegit, quibus audientibus  
complures testes, fide digni, affirma-  
runt, vera de se ipsa dixisse puellam Re-  
giam. Idem confirmarunt Archidiaconi  
duo, ab Anselmo ad illud monaste-  
rium, cujus alumna fuerat Mathildis,  
missi, ut explorarent, an nihil de se men-  
tita esset. Itaque totum Concilium Lam-  
bertinum in eam sententiam concessit;  
Mathildem a professione monastica sem-  
per liberam extitisse. Tum producta  
est similis sententia, olim a Lanfranco Ar-  
chiepiscopo pro libertate quarundam  
puellarum lata, quæ eo solum consilio  
peplum monasticum acceperant, ut sic  
earum pudicitia Normannorum petulan-  
tiam effugeret. Priusquam cæremoniæ  
Regalium nuptiarum peragerentur, An-  
selmus iterum publice denunciavit; si  
quis quodcunque impedimentum hujus  
matrimonii sciret, illud palam faceret,  
& tandem, cum nihil omisisset, quod  
prudencia postulare poterat, nuptias Re-  
gis & Mathildis auctoritate Sacerdotali  
approbavit. Nihilominus non defue-  
runt,

Sæculum XI.  
A.C. 1100.

Mathildis  
Nuptiæ.

*Hist. Eccles. Tom. XVI.*

C

runt,

Sæculum XI. runt, qui calumniarentur, Archiepiscopus Regi plus, quam par fuisset, indulgisse. Hoc Matrimonium in Festo S. Martini, die undecima Novembris, anno millesimo centesimo, celebratum.

*Will. Malm.*  
*lib. 5. p. 156.*

*Edmer. 3.*  
*Novor.*

Eodem anno in Angliam appulit Guido Archiepiscopus Viennensis, dicens, sibi Summi Pontificis mandata esse, quibus Legati Apostolici munere in tota magna Britannia fungi juberetur. Hæc res omnium animos in admirationem rapuit; nulla enim extabat hominum memoria, alium unquam Papæ Legatum, præter Archiepiscopum Cantuariensem in Anglia conspectum fuisse. Quare etiam, nemine hanc Dignitatem in Archiepiscopo Viennensi agnoscente, viam ad sua relegit. Sub idem tempus Paschalis Pa-

*Ap. Anf.*  
*III. ep. 42.*

pa, data ad Anselmum Archiepiscopum epistola, lætitiâ suam professus, reditum ipsius in Angliam gratulatus est. Tum hortabatur, ut Regi amorem Sacræ Sedis insinuaret, moneretque, solvendum esse S. Petro denarium, quo per illa tempora Ecclesia Romana maxime indigeret. His addit: *Dux Normanniæ querelas ad nos detulit contra Regem Angliæ, qui Regnum invasisset, fide, qua se ipsi obstrinxisset, violata. Scis vero, favere nos Principi debere, qui maximos labores ad redimendam Asiæ Ecclesiam contulit. Quare præcipimus, ut si necdum in amicitiam*

*citiam redierint, tu, intercedentibus etiam Nunciis nostris, inter ambos fratres pacem concilies.*

Sæculum XI.  
A.C. 1100.

§. XI.

*Norigaudus Episcopus Augustodunensis restituitur.*

Nuncii, quorum his mentio fit, erant Joannes Episcopus Tusculanensis, & Tiberius Pontifici a cubiculis. Joannes, quamvis Patria Romanus, primum Canonicus Regularis ad S. Quintinum Belovaci fuit, tumque ad Sæculum reversus, in Monasterio Beccensi deinde sub Disciplina S. Anselmi monachum induit. (\*) Cum Urbanus Papa in Franciam venit, eximiis dotibus Joannis captus, eum Romam deduxit, primo Abbatem, postea Episcopum creavit, & tandem Paschalis Papa anno millesimo centesimo primo eum ad colligendum S. Petri Denarium in Angliam misit. In itinere Joannes obvium habuit Hugonem Archiepiscopum Lugdunensem, Jerosolymam proficiscentem, comitantibus Episcopo Cabilonensi, & Augustodunensi, in Concilio Pictaviensi anno superiore

Chro. Virg.  
p. 261.

C 2

periore

(\*) Ex hoc sequitur, non omnes Canonicos Regulares illa ætate (nempe sub finem Sæculi XI.) voto stabilitatis in Religione obstrictos fuisse.

Sæculum XI periore a Joanne & Benedicto, Legatis  
A.C. 1100. Cardinalibus, deposito. Quia ergo Ar-  
 chiepiscopo ista sententia non probaba-  
 tur, publice in querelas effusus, Joan-  
 annem Tusculanensem permovit, ut Epi-  
 scopum Augustodunensem, recepto ejus  
 apologetico, & Archiepiscopi Lugdu-  
 nensis atque Episcopi Cabilonensis ipsum  
 defendentium juramento, in Sedem suam  
 restitueret. Ita Joannes Tusculanensis  
 secum Norigaudum Augustodunensem in  
 ipsius Diœcesim reduxit, ubi, ac si omnia  
 sibi objecta diluisset, Officia Episcopalia  
 peregit.

Cum Archiepiscopus Lugdunensis  
 Romam pervenisset, Canonicos Augusto-  
 dunenses ibi conspexit, qui querelas  
 contra ipsum detulerant. Nam post abi-  
 tum Cardinalium Hugo hos Canonicos  
 Communionè Fidelium privaverat, quod  
 contempta ipsius auctoritate Judices Ro-  
 manos adiissent, atque ut pecunia suppe-  
 teret ad litigandum, non nulla Ecclesia-  
 rum suarum Bona alienassent. Hi Ro-  
 mæ causa vicerunt, eosque absolutos Pa-  
 pa dimisit. Archiepiscopus vero Lugdu-  
 nensis cum Episcopo Diensi iter Jeroso-  
 lymam aggressus est. Inter hæc Joannes  
 & Benedictus Cardinales ex Francia re-  
 versi, reddita ratione Legationis sibi  
 commissæ, acriter querebantur, quod  
 Episcopus Tusculanensis sententiam suam  
 con-

contra Episcopum Augustodunensem la-  
tam abrogasset; atque ambo Curia Ro-  
mana fastidientes, ille Ticinum in illam  
Congregationem, unde evocatus fuerat,  
Benedictus autem Romæ ad Ecclesiam  
Tituli sui se receperunt.

## §. XII.

*Stephanus Garlandus electus Episco-  
pus Belvacensis.*

Joanni & Benedicto Cardinalibus adhuc  
in Francia versantibus Ivo Carnoten-  
sis in causa Stephani *Garlandi*, electi  
Episcopi Belvacensis, scripsit in hunc fer-  
me modum: *Tanto jam temporis spatio  
Ecclesia Belvacensis bonos Pastores non  
habuit, ut malos Episcopos eligendi jus  
sibi præscripsisse videatur. Modo, ut Re-  
gis & Concubinæ ejus desiderio obsequere-  
tur, Clericum elegit, in Ordinibus Sacris  
non constitutum, Rerum Spiritualium  
ignarum, aleis nugisque deditum, olim  
adulterii publice convictum, ideoque ab  
Archiepiscopo Lugdunensi, Sacræ Sedis  
Legato, ex Ecclesia ejectum. Si iste ad  
Episcopatum auctoritate Papæ pervenerit,  
nostra ætate Legibus Canonicis silentium  
perniciosum denunciatur. Hinc vos fin-  
cera mente monitos volo, cauto enim opus  
erit. Nam intrusus Romam festinabit, vel  
de suis mittet; Curiam donis & promif-  
sis sibi conciliare, & Summum Pontificem*

ep. 87.

Sæcul. XII. *sexcentis dolis fallere conabitur. De rei*  
 A C. 1101. *veritate vos certiores facio, quo & Au-*  
*thoritati Ecclesiæ Romanæ, & vestræ fa-*  
*mæ consulere valeatis. Si in hac causa*  
*ad nostram exhortationem animum non*  
*advertatis, impostero nobis nihil super-*  
*erit, quod Ecclesiam Romanam convician-*  
*tibus respondeamus.*

ep. 89. Pontifici quoque Ivo Carnotensis de  
 hac re scripsit in hæc verba: *Cum sim*  
*Ecclesiæ Romanæ filius genuinus, in ejus*  
*sinu natus, quoties illa maledicentium lin-*  
*guis laceratur, non minore doloris sensu*  
*afficior, ac si secante ferro viscera mea*  
*laderentur. (\*) Quam ob rem, rogo te,*  
*Sancte*

(\*) Wie wäre es nicht zu wünschen gewesen, und wie viel Ehre würde es nicht der Kirche gebracht haben, wenn ein Luther eine solche Gelassenheit, Bescheidenheit, und Ehrenbietigkeit zu seiner Mutter gehabt hätte, wie ein Heiliger Ivo Carnotensis? so hätten die Mißbräuche nach und nach können abgeschaffet werden, ohne das Band der Liebe und der Kirchengemeinschaft zu zerreißen, und wären die Protestanten nicht bemüßiget worden, eine abgesonderte Kirche zu bauen, und Kirchenrechte zusammen zu flicken, welche weder alt noch neu sind, und weder mit der heiligen Schrift, noch mit der ersten Kirche über eines stimmen. Windheim saget in einer Erklärung über das Kirchenrecht des Mosheims auf der 155. Seite: Luther hat ferner die erste Kirche zum Erkennt-

*Sancte Pater! si ex nostris regionibus contra Episcopos aliosve viros querelæ aut pro ipsis Apologiæ ad te deferantur, ne ci-*

Sæcul. XII.  
A.C. 1101.

C 4

to

Erkenntnißgrunde der Anordnungen der Kirche angenommen. In der ersten Kirche war der Clerus gleich, aber in der Römischen Kirche ist die größte Ungleichheit. Diese Ungleichheit haben wir weggeworfen . . . Wir sahen aus dem neuen Testament, daß ein Presbyter so viel Macht gehabt hat als der andere. Daher nahmen wir den Satz an, daß alle Lehrer der Protestantischen Kirche, dem göttlichen Rechte nach einander gleich sind. Dabey aber haben wir eine Subordination der Geistlichkeit beybehalten, welche aber nicht göttlichen, sondern menschlichen Rechts ist. . . . In Ansehung ihres Rufes und ihrer Rechte sind sie alle einander gleich &c. So weit Windheim.

Da saget uns Windheim in wenigen Zeilen, die Lutheraner haben die Ungleichheit weggeworfen, und die Subordination der Geistlichen beybehalten. Ist das nicht ein lächerliches and unverständliches Gewäsche? Wie kann die Vernunft eine Gleichheit und eine Subordination oder Unterwürfigkeit vereinbaren? Man sieht, daß er nur obenhin berichtet ist, was man in der wahren Kirche lehre, und gründet sich auf eine Unwahrheit, als wenn man eine jede Ungleichheit der Geistlichen aus dem göttlichen Rechte herleitete. In der ersten Kirche, saget er, war der Clerus gleich. Diese Gleichheit



Sæcul. XII. *to & leviter fidem adhibe, sed inducias,*  
 A.C. 1101. *pro causæ natura, longas concede, quo tem-*  
*poris spatio a viris virtutis amantibus, &*  
*in illa regione, in qua lis movetur, degen-*  
*tibus, veritatem edoceri queas. Secus, si*  
*Decreta in lucem edantur, S. Petri Vica-*  
*rio indigna, cavebimus quidem, ne con-*  
*tra*

heit muß Windheim, wenn er ein Rechtsgelehrter ist, entweder von dem Amte der Geistlichen, oder von ihrer Jurisdiction verstehen. Redet er von dem Amte, so sind zwar alle Presbyters (das ist, in der Sprache der ersten Kirche alle Bischöfe) gleich gewesen, und sind es noch. Ja so gar ist es noch unter den Katholicken eine unausgemachte Schulfrage, ob die Ordnung der Bischöfe und der Priester wesentlich unterschieden sey, wegen welcher ja die Protestanten von der allgemeinen Kirche sich nicht hätten trennen dürfen. Was aber die Verschiedenheit der mindern Ordnungen gegeneinander betrifft, wird ja kein Protestant sagen, daß die Diaconen, so von den Aposteln selbst eingesetzt worden, eben das Amt, welches die Presbyters hatten, durch die Handauslegung empfangen haben. Nun wenn Windheim nicht vom Amt redet, sondern von der Jurisdiction und Macht eines Römischen Bischofs, der Patriarchen, der Erzbischöfe, der Bischöfe, und der Priester, so ist die höhere Gewalt eines Römischen Papstes in der heiligen Schrift, und den Worten Christi dergestalt gegründet, und von den Rechtgläubigen in allen Jahrhunderten anerkannt, daß es Windheim

uur

*tra modestiæ & Reverentiæ leges peccamus, sed monita nihil proficientia tibi dandi nobis finis erit. Ne, quæso, mihi succenseat Sanctitas tua, si libere, quod sentio, eloquor; novi complures viros, ferventissime Justitiam amantes, qui, cum vidissent multa crimina reis impunita*

Sæcul. XII.

A.C. 1101.

C 5

abire

nur darum, weil er Lutherisch geboren ist, läugnen kann.

Ist endlich die Frage von einer größeren Macht und Jurisdiction der Erzbischöfe über die Bischöfe, der Bischöfe über die Priester, und der Priester über die Diaconen u. so ist diese Kirchenverordnung so alt als die Kirche; denn so bald sich die Gläubigen also vermehret haben, daß es den Bischöfen schwer gefallen, die Kirche allein zu besorgen, haben sie sich Priester ordiniret, von denen es unerweislich ist, daß sie jemal, dem Amt nach, den Bischöfen wären gleich gewesen, oder gleiche Gewalt ausgeübet.

Bei den Herren Protestanten sind die Geistlichen freylich alle gleich, aber nicht wie in der ersten Kirche, denn ihre General-Superintendenten, Special-Superintendenten, und gemeinen Predicanten sind einer ein Lay wie der andere, ohne Beruf, ohne Weyhe, ohne Ordnung, ohne Altar, ohne Opfer, ohne Oberhaupt. Es ist also Mosheims und Windheims Kirchenrecht ein von Menschen erdichtetes Gebäu ohne Grunde, und nachdem sie mit der alten Kirche auch die Kirchenrechte weggeworfen, haben sie keine andere finden können.

Sæcul. XII. *abire, & dissimulari, deinceps filere ani-*  
 A.C. 1101. *mo constituerunt, omni pæne abjecta spe,*  
*aliquando fore, ut immanes abusus tollan-*  
*tur.* Indicat deinde Pontifici Step-  
 hanum Garlandum fuisse electum, cui ea-  
 dem ac in superiore epistola objicit; Sub-  
 diaconatus Ordine non esse initiatum,  
 literarum rudem esse, Aleatorem, impu-  
 dico feminarum amore captum, adulte-  
 rum, & aliquando excommunicatum.  
 Denique Stephanum meritis destitutum  
 sola generis nobilitas commendabat; fi-  
 lius enim erat Guilielmi Garlandi, qui  
 Franciæ Præturam, illa ætate præcipuum  
 Regni munus, obtinebat, & ipse Step-  
 hanus postea Cancellarii officio functus est.  
 Ceterum, juvenem fuisse necesse est,  
 cum exinde per annos quadraginta vi-  
 tam produxerit.

ep. 94.

Stephanus Papam adiit, petiturus, ut  
 Electio de se peracta confirmaretur, ei-  
 que Ivo Carnotensis literas commendati-  
 tias denegare non potuit, in quibus, ni-  
 hil dicens, quod veritati adversaretur,  
 preces suas precibus Ecclesiæ Belvacen-  
 sis, Matris suæ, jungebat, rogabatque Pa-  
 pam, ut, quod illa petebat, Stephano  
 concederet, si id Justitia & Sedis Aposto-  
 licæ honor suaderet. Papa Stephanum  
 repulit, & Ivonem objurgavit, quod in-  
 digno commendatitias dedisset. Cui Ivo  
 respondit: *Maximo letitiæ sensu perfu-*  
*sus*

*ani- spe, an- ha- ea- ub- m, pu- te- m. am fi- qui am na- st. st, vi- ut ei- ci- i- r, n- a- o- o- n- o- t- s*  
 sus sum, cum percepi, Stephanum, Eccle- Sæcul. XII.  
 siæ Belvacensis Pontificatum ambientem, A.C. 1001.  
 fuisse rejectum, meque ipsius causa pater-  
 no affectu a te reprebensum, quamvis in  
 secunda epistola nihil dixerim illis, quæ  
 in prima continebantur, contrarium.  
 Nempe importunissimus homo extorsit a  
 me illas literas, quas ita scripsi, ut si sensus  
 bene acciperetur, plus ei nocumenti quam  
 obsequii allaturæ essent. Ex tua vero  
 epistola perspicue intellexi, quanta in amo-  
 re Justitiæ & zelo Domus Domini tua  
 constantia sit, tuasque laudes in omnibus  
 prope Regni Ecclesiis deprædicavi.

ep. 95.

Inter illos Episcopos, ad quos Ivo  
 Carnotensis acceptam a Pontifice epi-  
 stolam transmisit, duo erant in Provin-  
 cia Remensi virtutibus clari, Lambertus  
 Attrebatensis & Joannes Teruanensis,  
 quos exhortatus est, ut modo ex obe-  
 dientia in Pontificem facerent, quod huc-  
 usque ex solo amore Justitiæ fecissent.  
 Tum subjungit: *Monete Metropolitanam*  
*vestrum, ut Clericos Belvacenses ad per-*  
*agendam Electionem Canonicam convocet,*  
*sicque ejus auctoritas infirmos sanet, for-*  
*tes roboret, & Ministerium suum honori-*  
*fice impleat, ne periculo se exponat con-*  
*spiciendi, ab aliis perfici, quod ipsius offi-*  
*cii fuisset.* Ivo, data etiam ad Clericos  
 Belvacenses epistola, animos addidit, ut  
 virum dignum, sicut Papa præcipiebat,  
 ad

ep. 97.

ep. 98.

Sæcul. XII. ad Episcopatum promoverent. *Nemi-*  
A C. 1101. *nem vero, inquit, nominatim vobis com-*  
*mendo.*

## §. XIII.

*S. Anselmus Henrico Regi favet.*

*Edmer. 3.*  
*Novor.*

In Anglia induciæ, usque ad Pascha anni millesimi centesimi primi datæ, usque ad reditum Legatorum, Romam in causa Investituræ missorum, prorogata fuerant. Inter hæc vero ad Festum Pentecostes totam aulam ingens consternatio turbavit, cum afferretur nuncium, Robertum, Ducem Normanniæ, in Angliam appulisse. Jam prius enim nec Rex Henricus Regni Principibus, nec Principes Regi fidebant. Metuebat Rex, ne a se deficientes Fratri suo jungerentur, contra timebant Proceres, ne Henricus, si semel in pace & sine æmulo regnaret, eis suo arbitrio dominaretur, & divisos opprimeret. Utraque Pars fiduciam in solo Anselmo posuerat. Quare ipse nomine Procerum populique Regis promissum recepit, quod eos secundum Sacras Justitiæ Leges regere vellet.

At postquam Dux Robertus in Anglia fuit, Proceres datæ Fidei immemores, eum Regem sequi meditabantur. Jamque Rex Henricus intelligebat, se non de Regno modo, sed etiam de vita periclitari; ergo ad Anselmum conversus polli-

pollicebatur ei liberrimam potestatem, Sæcul. XII.  
A.C. 1101.  
qua omnibus juribus Ecclesiasticis in Anglia uteretur, præterea se nunquam non Papæ præceptis obsecuturum esse. Anselmus, convocatis omnibus Principibus, in conspectu totius exercitus, quem Rex in Fratrem ducebat, tanta dicendi vi proposuit, quantum Deus, omnesque boni illos semper abominati fuerint, qui juratam solemnem ritum Principi suo fidem violarent, ut omnes uno ore exclamarent, se pro Rege suo sanguinem & vitam duros. Ita Robertus, spe, quam in defectione Principum posuerat, abjecta, Excommunicationis fulmine, quod in eum tanquam alieni Regni usurpatorem intorserat, perterritus, pacis conditiones cum fratre iniit, & pedem retulit.

## §. XIV.

*Epistola Summi Pontificis contra Investituram.*

Nemo dubitabat, quin Rex Henricus Pasch. ep. 96.  
to. 10. Conc.  
ex Eadm.  
aliquod grati animi pignus Anselmo daturus esset, cum ipsum ad se venire iussit, ut de causa Investituræ colloquerentur. Nam Romam missi redierant, allata Paschalis Papæ epistola, in qua ad Regem dicebat: *Petis ut tibi Episcoporum Abbatumque per Investituram constituendorum Jus & facultas a Romana indulgea-*

Sæcul. XII. *dulgentur Ecclesia, atque ut illud Regiæ*  
 A.C. 1101. *potestatis fiat, quod sibi soli competere*  
*Joan. 10. 7. omnipotens Deus affirmat. Dicit enim*  
*Dominus: Ego sum Ostium. Sequitur,*  
*quod, si Reges Ecclesiæ Ostium esse sibi ar-*  
*rogent, qui per hoc Ostium intrant, non*  
*Pastores sint, sed Latrones. Hæc Postu-*  
*latio tam gravis tam indigna est, ut eam*  
*Ecclesia Romana nullatenus admittere*  
*queat. Facilius ad extrema quæque to-*  
*leranda S. Ambrosius olim cogi potuisset,*  
*quam ut Imperatori de Ecclesia decernen-*  
*di potestatem concessisset. Qui responde-*  
 Ambros. ep. bat: *Noli te ipsum usque adeo fallere, Im-*  
 20. ad Soror. *perator, ut credas, in ea, quæ Divina*  
 \*. 19. *sunt, aliquod jus tibi esse. Ad Impera-*  
*torem Palatia pertinent, ad Sacerdotem*  
*Ecclesiæ. Quid tibi cum Adultera? nam*  
*Adultera est Ecclesia, quæ Christo non est*  
*legitimo conjugio compulata. Post hæc*  
*S. Ambrosii verba Paschalis Papa prose-*  
*quitur: Audis, o Rex! Sponsus Ecclesiæ*  
*Episcopus est. Quanta ergo ignominia*  
*mater a propriis filiis adultero polluenda*  
*traditur? Si Ecclesiæ filius es, da matri*  
*tux legitimum sortiri conjugium, cujus*  
*non homo, sed Deus auctor sit. Deus*  
*enim Episcopos constituit, qui Canonice*  
*eliguntur. Deinde aliquam Justiniani*  
*Legem refert, ex qua probatur, Episco-*  
*pum totius populi consensu, non solius*  
*Principis voluntate eligendum esse. Et*  
 sub-

subjungit: *Noli credere, Domine! quod tuae potestati quidquam detrabere, aut nobis quidquam novi in Episcoporum promotione tribuere velimus. Non potestante Dei praecepto jus in electionem Episcoporum tibi expetere, nec nos sine salutis tuae nostraeque periculo id tibi concedere possumus.*

Saecul. XII.  
A.C. 1101.

Æquum omnino erat, ut Papa libertatem Electionis Canonicae tueretur. Sed omnia prope hujus epistolae argumenta contra hostem non existentem pugnant, atque circa nomina æquivoca versantur. Principes Investituram conferentes semper præsumebant, Episcopum prius Canonice fuisse electum; cujus rei exempla sexcenta, præprimis in Henrico Sancto Imperatore, vidimus. Tum Episcopum investiendo, non intendebant ei tribuere potestatem Spiritualem, quam non nisi in Ordinatione sua accipiebat, sed solummodo electum in possessionem Feudorum, aliorumque Bonorum temporalium, pleno jure Regibus subjectorum, mittere. Quod vero spectat ad exemplum S. Ambrosii, ex facti adjunctis perspicuum fit, Adulteram, de qua S. Patri sermo est, Ecclesiam Arianorum esse, & nullam de electione Episcoporum fuisse motam quæstionem, sed an Ecclesias, ad Conventus Fide-  
lium

*Sup. lib.*  
*LVIII.*  
*S. 34.*

*Sup. lib.*  
*XVIII.*  
*S. 41. 42.*



Sæcul. XII. lium destinatas, Hæreticis tradere lice-  
A.C.1101. ret. (\*)

## §. XV.

*S. Anselmus Regi resistit.*

*Eadm. 3.  
Novor.*

Ergo Rex Angliæ, reddita sibi Pontifi-  
 cis epistola, Anselmum ad Regiam  
 vocat, ubi etiam Robertus Dux Nor-  
 mannix, Regis frater, morabatur, Ar-  
 chiepiscopo furiose indignans, nempe  
 non ignarus, ipso Auctore se ab Angliæ  
 Regno fuisse exclusum. Unde Roberto  
 & amicis ipsius suadentibus Rex Ansel-  
 mum compellere volebat ad homagium  
 sibi præstandum, & promittendum, quod  
 illos, quibus ipse Episcopatus & Abba-  
 tias conferret, more Archiepiscoporum  
 Antecessorum suorum, ordinaturus es-  
 set. *Quod si detrectas, inquiebat, volo,  
 ut ex Regno meo celeriter te auferas.* Re-  
 spondit Anselmus: *Dixi tibi, Concilio  
 Roma-*

(\*) Paschalis II. Papa epistolæ, ad Regem  
 Angliæ datæ, hanc Inscriptionem posuit: *Pa-  
 schalis Episcopus, Servus Servorum Dei, dile-  
 cto Filio Henrico Regi Anglorum, Salutem &  
 Apostolicam Benedictionem.* Quæ formula in  
 hanc usque diem plerumque servatur. Ceterum  
 non inepte hic differit Fleurius; videtur enim  
 facili negotio componi potuisse ferventia illa  
 ætate de Investitura jurgia, si fuissent, qui Spi-  
 ritualia a Sæcularibus solerter distinxissent.

Romano me interfuisse, & quid in eo sta-  
 tutum fuerit, didicisse. Si ergo me ipsum  
 Excommunicatione involvam, quam huic  
 Regno denunciavi, quis deinceps Commu-  
 nionem meam non respuat? Legati ad ob-  
 tinendam illius Decreti abrogationem mis-  
 si, re infecta, redierunt. Nihil, inquit  
 Rex, interest, quid isti Roma attulerint.  
 Antecessorum meorum Jura mihi eripi  
 non sinam, nec quemquam in Regno meo  
 versari, qui meus non sit. Intellego, re-  
 posuit Anselmus, quo istud collimet. Ni-  
 hilominus e Regno non excedam, ad Dia-  
 cesim meam vadam, officio meo incumbam,  
 & experiar, quis Archiepiscopo vim in-  
 ferre ausurus sit.

Haud longo tempore in Ecclesia sua  
 fuerat Anselmus, cum Rex Præsulem ad  
 se venire jussit; velle enim se de priore  
 proposito non nihil relaxare. Itaque  
 Anselmus Wintoniam venit, ubi in Con-  
 ventu Episcoporum & Principum statu-  
 tum; inducias novas esse indicendas, &  
 Romam spectatæ auctoritatis viros mit-  
 tendos esse, qui Papæ denunciarent; ne-  
 cessarium esse, ut de sua postulatione  
 quidquam relaxaret, nisi Anselmum cum  
 suis ex Anglia ejectum vellet. Totum  
 præterea Regnum se Papæ potestati &  
 Regimini subtracturum, & Romam an-  
 nuis censibus illuc mitti solitis caritu-  
 ram.

*Hist. Eccles. Tom. XVI.*

D

ram.

Sæcul. XII.

A.C. 1101.

Sæcul. XII.  
A.C. 1101.

ram. (\*) Anselmus suo nomine duos monachos Balduinum Beccensem, & Alexandrum Cantuariensem Romam misit, non eo quidem animo, ut Papam ad induendum molliorem animum impellerent, sed fidelissime docerent, quas minas Aula Angliæ effunderet, & quid his cognitis Papa statuisset, sibi diligenter referrent. A Rege missi sunt Episcopi tres, qui Papam, ut in Regis sententiam concederet, permoverent, scilicet Girardus Herefordiensis, Hebertus Tetfordiensis, & Robertus Cestriensis, quorum duo causas Romæ peragendas habebant. Girardus, olim sub duobus Regibus defunctis Cancellarius, jamque Archiepiscopus Eboracensis (nam illa Ecclesia obitu Thomæ, qui decima octava Novembris anno millesimo centesimo animam exhalaverat, vacabat) nominatus Romam

Godouin.  
de Præsul.  
Angl.

(\*) Das war eine beynabe Lutherische Gesinnung. Wäre es nicht genug gewesen, wenn der König gesagt hätte; Meine Meynung ist, daß mir die Bischöfe in meinem Reiche wegen der zeitlichen Güter Treue und Gehorsam versprechen, sonst werde ich nicht zulassen, daß sie solche besitzen. In andern Dingen aber, welche eigentlich die Religion angehen, werde ich dem Römischen Stuhle den gebührenden Gehorsam leisten; denn ich verlange, wie alle meine Väter, in der Gemeinschaft der wahren Kirche zu leben und zu sterben?

mam ibat, Pallium petiturus. He-  
bertus vero, qui postmodum Sedem suam  
Norvicum transtulit, Romam proficisce-  
batur, ut Jurisdictionem in Abbatiam  
S. Edmundi sibi reddi curaret.

§. XVI.

*Tractatus S. Anselmi de Processione  
Spiritus Sancti.*

Ex eo tempore, quo Anselmus in An-  
gliam redierat, & in illa commora-  
tione, Tractatum de Processione Spi-  
ritus Sancti scripsit, rogatus a compluri-  
bus viris, inprimis ab Hildeberto Episco-  
po Cenomanensi, qui cum argumenta  
audivisset, a S. Anselmo de Spiritu San-  
cto contra Græcos in Concilio Barenfi  
allata, oravit eum, ut ea strictim literis  
mandaret, sibi que transmitteret; quod  
etiam Anselmus in amici gratiam exse-  
cutus est. In hoc libro adversus Græ-  
cos disputans illis solum nititur princi-  
piis, quæ Græci perinde ac Latini reci-  
piebant, scilicet in Fide Trinitatis & Ev-  
angelii verbis. Primo demonstrat di-  
stinctionem inter Attributa ad Essentiam  
Divinitatis pertinentia, & tribus Perso-  
nis communia, atque inter Nomina sin-  
gulis Personis propria, quæ ex Relatione  
oriuntur, probatque, in Personis Divinis  
illam, quæ ab altera non procedit, esse  
alterius Principium. Ita Pater est Prin-  
cipium

*Gebero. cen-  
sura. Ap.  
Anselm. III.  
ep. 160. 161.  
IV. ep. 11.*

*Sup. ap. An-  
selm. p. 49.*

c. 2.

c. 3.

D 2

capitulum

Sæcul. XII.  
A.C. 1101.

c. 4. cipium Filii & Spiritus Sancti, quia a neutro procedit. Ergo, Sanctus Spiritus procedit a Filio, quia filius non procedit a Spiritu Sancto. Spiritus Sanctus est Deus de Deo, perinde ac Filius, & procedit a Patre, non quatenus Pater est, sed quatenus Deus est; unde sequitur, quod etiam procedat a Filio, qui idem, ac Pater, Deus est. (\*)

Tum etiam S. Anselmus Spiritum Sanctum ex Filio procedere probat, illis

c. 9. Evangelii verbis: *Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in Nomine meo.* Et deinde: *Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre.* Quæ verba nihil aliud significare possunt, quam Spiritum Sanctum simul a Patre & Filio mitti, unde sequitur, Ipsum tam ab uno quam ab altero procedere. Item, postea IESUS CHRISTUS dicit:

Joan. 14.  
26.  
15. 26.

c. 11.

(\*) Fontem inspicienti patebit, Fleurium hæc peritissime ex S. Anselmo excerptisse. Dicit Adversarius Belga, Fleurio infensissimus, in suis annotationibus: *Monsieur Fleury fait le Theologien.* Verum enim vero Fleurius nunquam ex omnibus SS. Patribus medullam Doctrinæ Theologicæ tam apposite, tam solide, tam diserte colligere potuisset, nisi non solum Juris Canonici peritus, omnibus numeris absolutus, sed etiam Theologus Dogmaticus, & quidem eximius, fuisset.

dicit: *Non enim loquetur a semetipso.* Et iterum: *Quia de meo accipiet & annun- ciabit vobis.* Dicebant vero Græci, Spiritum Sanctum a Patre procedere per Filium, illudque probare se putabant ex illis Apostoli verbis: *Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia.* At S. Anselmus ostendit, hunc locum de Creaturis accipi debere, & neutiquam Personis Divinis convenire. Nihilominus Pater & Filius non sunt duo Principia, sed unum Spiritus Sancti Principium, quia non procedit ab eis quatenus duæ distinctæ Personæ sunt, sed quatenus Pater & Filius sunt unus & idem Deus.

Porro argumentum, quod Græci maxime jactabant, eruebant ex illis Evangelii verbis: *Spiritum veritatis, qui a Patre procedit.* Tum sex centies objiciebant, quod, licet in Symbolo Constantinopolitano eadem Doctrina traderetur, Latini ausi fuissent addere, *Filioque,* Græcorum Ecclesia inconsulta. Anselmus ad verba Evangelii respondet, oppositis compluribus aliis, quibus ea, quæ tribus Personis Divinis competunt, uni soli tribuuntur. (\*) Ad illud vero, quod

D 3 Sym-

Et Sæcul. XII. A.C. 1101.

Joan. 16. 13. 14. 15.

Rom. II. 36.

c. 18.

c. 19. Joan. 15. 26.

c. 20.

(\*) Præter alia Sanctus Pater affert illum S. Scripturæ Locum Joan. 16. v. 13. *Cum autem venerit ille Spiritus Veritatis, docebit vos omnem veri-*

Sæcul. XII. A.C. 1101. Symbolo aliquid additum fuerit, dicit: *Hæc additio fuit necessaria, propter ignorantiam quorundam Fidelium, qui non capiebant, ex tota Doctrina, quam Ecclesia credendam proponit, sequi, quod Spiritus Sanctus a Filio procedat. Ergo addita fuit vox illa FILIOQUE, ut nullus superesset prætextus, non credendi Spiritum S. ab utroque procedere. Quam necessarium autem fuerit, istud addere, illi ipsi maxime probant, qui hanc veritatem ideo negant, quia in Symbolo non satis diserte expressa est. Itaque Ecclesia Latina intrepide manifestavit, quod a Fidelibus credendum esse sciebat, id ipsum postulante necessitate & nulla causa obstante. Scimus enim, Patres, qui primi Symbolum condiderunt, non omnia a Fidelibus credenda, complecti voluisse. Cujus rei exemplum est, nullam occurrere in eo mentionem, Dominum Nostrum ad Inferos descendisse.*

Si

veritatem. Et explicat: *Quasi solus Spiritus S. doceat omnem Veritatem: cum nec sine Patre, nec sine Filio doceat omnem veritatem. Non enim per hoc, quia est Spiritus alicujus, scilicet, Patris, & Filii, & Spiritus; sed per hoc quod unum est cum Patre & Filio, id est, per hoc quod Deus est, doceat omnem veritatem &c.*

*Si dicant Græci, nulla prorsus ratio-  
ne mutari debuisse Symbolum tanta Au-  
toritate præscriptum; non existimamus  
illud a nobis fuisse mutatum, quia nihil  
adjecimus, quod ejusdem Symboli Doctri-  
næ adversum sit. Et quamvis negare pos-  
simus, per hanc Additionem quidquam fu-  
isse mutatum, si quis tamen id de nobis  
pertinacius affirmet, respondemus, nos no-  
vum Symbolum edidisse. Nam servamus  
& reveremur cum Græcis primum Sym-  
bolum, integra fide ex Græco translatum,  
sed latine etiam concinnavimus cum addi-  
tione illud Symbolum, quod frequentius  
audiente populo recitare solemus. Si quis  
interroget, quare consensum Ecclesiæ Græ-  
cæ non exquisierimus, respondemus, nimis  
longum nobis esse, ipsorum Episcopos con-  
gregare, quos in hac causa consulamus, nec  
necessarium fuisse, de illo questionem mo-  
veri, de quo nullo modo dubitamus. Quæ  
enim est Ecclesia, etiam unius Regni, cui  
non liceat aliquam Formulam statuere, si  
illa veræ Fidei consentanea sit, & præci-  
pere, ut in conventu populi ad eum edo-  
cendum vel legatur, vel decantetur.*

*Non est dicendum, quod Spiritus San-  
ctus principaliter a Patre procedat, si id  
ita accipitur, quod a Patre magis quam  
a Filio, aut prius quam a Filio, procedat;  
sed dici potest ad significandum, Filium id  
ipsum a Patre habere, quod Spiritus San-*

D 4

ctus

Sæcul. XII.  
A.C. 1101.

c. 4.



Sæcul. XII. *Etus etiam ab ipso procedat. Denique nul-*  
A.C. 1101. *lum superest dubium, quin S. Spiritus pro-*  
*cedat, a Filio, cum ista veritas demon-*  
*stretur, & necessario inferatur ex aliis*  
*Articulis, quos Græci nobiscum de My-*  
*sterio Trinitatis credunt, ex ipsorum au-*  
*tem opinione sequantur errores, qui ve-*  
*ram Fidem destruunt. Hæc Libri de*  
*Processione Spritus Sancti a S. Anselmo*  
*scripti Summa est.*

## §. XVII.

*Epistola ad Valerianum Naumbur-*  
*gensem.*

Valeranus Episcopus Naumburgensis  
 in Saxonia, cupiens respondere Græ-  
 cis, qui in Germaniam advenerant, ut  
 verisimile est ad aulam Henrici Impera-  
 toris, cui ille Episcopus addictus erat,  
 S. Anselmum de duabus Quæstionibus  
 circa Spiritum Sanctum & Azyma consu-  
 luit. Anselmus respondit: *Si certus es-*  
*sem, quod Neronis & Juliani Apostatæ*  
*Successori contra S. Petri Successorem non*  
*faveas, ea veneratione & amicitia, qua*  
*Episcopum decet, te salutarem. Sed ni-*  
*hilominus, quia neminem veritatem tueri*  
*volentem destituere debemus, eamque ad-*  
*versus Græcos, qui ad te diverterunt, quæ-*  
*ris, opus, quod contra eos de Processione*  
*Spiritus Sancti edidi, tibi transmittito.*

Deinde

*de Azymo*  
*Et c. p. 135.*  
*ap. Dodech.*  
*an. 1094.*

Deinde in ea Epistola S. Anselmus Sæcul. XII.  
A.C. 1101.  
 Quæstionem tractat de usu Azimorum in  
 Sancto Sacrificio, & primo docet, hanc  
 rem ad Fidem non pertinere, parique  
 modo poni substantiam Sacrificii, sive in  
 pane fermentato sive in azymis offeratur;  
 magis tamen congruere panem azymum,  
 nec inde sequi quod judaizemus, quia  
 non ideo facimus, ut imitemur Judæos,  
 tam parum ac ille, qui in Hebdomada  
 Paschali azymum comederet, quia plus  
 ipsi saperet, aut quia alium panem non  
 haberet.

Exinde Valeranus S. Anselmo scripsit,  
 consulens eum de variis Cæremoniis &  
 Ritibus, qui in diversis locis, cum S. Sa-  
 crificium offerretur, servabantur, præ-  
 fertim de Crucis Signis, quæ super Ho-  
 stiam & Calicem formabantur, & de mo-  
 re Calicem sive Corporali sive linteo  
 complicato tegendi, quem non satis con-  
 gruum esse putat, quia JESUS CHRISTUS in  
 Cruce nudus omnium oculis expositus  
 fuit. Sub finem epistolæ addit Valera-  
 nus, *Ecclesia Catholica de me hodie ait:  
 hæc mutatio dexteræ Excelsi! quippe ex  
 inimico Ecclesiæ Romanæ factus sum Pa-  
 schali Papæ carissimus, atque ad sacratio-  
 ra consilia cum Cardinalibus admissus.  
 Attamen prius in aula Henrici Imperato-  
 ris eram sicut Joseph in domo Pharaonis,  
 scelevum omnium expers.*

D. 5

Ansel-

Sæcul. XII.  
A.C. 1101.

Anselmus, data epistola respondens, more inter Episcopos solito Valerianum salutatur, & reconciliationem cum Pontifice gratulatur. Deinde transiens ad quæstiones propositas ait; optandum esse, ut Sacramenta in tota Ecclesia Ritu æquali celebrarentur; quando autem diversitas adjunctorum Sacramenti substantiam non destruit, ea prudentius in pace dissimulari, quam commoto scandalo damnari. Hanc autem varietatem inde fuisse profectam, quod homines de his quæ convenient, vel dedeçant, diverse senserint. De more cooperiendi Calicem dicit: *Quamquam Jesus Christus extra Urbem & nudus crucifixus fuit, congruit tamen, Sanctum Sacrificium sub tecto offerri, ut ventorum & pluviarum arceantur injuriæ.* Conveniens quoque esse, quod Calix cooperiatur, ne vel musca vel quæcunque immundities incidat. Denique oportere, ut potius vita & moribus nostris quam hujusmodi Caremoniis Jesu Christi paupertatem, & contemptum tolerantis patientiam imitemur.

## §. XVIII.

*Bruno Archiepiscopus Trevirensis.*

*Hist. Trev.  
to. 12. Spicil.  
p. 240.*

Egilbertus Archiepiscopus Trevirensis, Schismate involutus, obiit quinta Septembris anno millesimo centesimo primo,

mo, postquam annos viginti duos, men-  
 ses octo, & dies tres sedisset; Sedesque  
 quatuor ferme menses vacavit. Inter  
 complures viros, Clericis Trevirensibus  
 adscriptos, atque Episcopatu dignos emi-  
 nebat Bruno, in Franconia ex primis Stir-  
 pibus ortus, Principibus adeo carus, ut  
 eum, simul Præpositura Trevirensi, Spi-  
 rensi, S. Florentii Confluentiæ & Archi-  
 diaconi officio cumulaverint. Cum Hen-  
 ricus Imperator cum tota Aula Mogun-  
 tiam ad Festum Natalis Domini, eodem  
 anno millesimo centesimo primo, ve-  
 nisset, adfuere cives Trevirenses rogan-  
 tes, ut ipsis Bruno Archiepiscopus daretur;  
 tum Principibus preces suas jun-  
 gentibus Imperator ei Investituram cum  
 annulo & Peto concessit, jussitque, ut  
 consecraretur. Ergo ordinatur in ipsa  
 urbe Moguntina, decima tertia Januarii  
 anno millesimo centesimo secundo, ab  
 Adalberone Metensi, Joanne Spirensi, &  
 Richerio Virdunensi, præsentibus Ruthar-  
 do Archiepiscopo Moguntino, Friderico  
 Colonienſi & pluribus aliis Episcopis.  
 Unde sequitur, quod Henricum & Legi-  
 timum Imperatorem haberent, & Com-  
 munionem Ecclesiasticam dignum arbitra-  
 rentur. Bruno in Festo Purificationis  
 solemnè pompa Treviros intravit.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1101.

§. XIX.

Sæcul. XII.  
A.C. 1101.

## §. XIX.

*S. Brunonis extrema.*

*vit. ap. Sur.* Anno superiore, millesimo centesimo  
*6. Oct.* primo, S. Bruno Carthusianorum  
Fundator, in suo Monasterio Squillacensi  
in Calabria, Sancto fine animam reddi-  
dit. Cum brevi moriturum se sentiret,  
convocata Congregatione, totam vitæ  
suæ seriem ab unguiculis ad modum  
Confessionis Generalis enarravit. Tum  
longiore sermone fidem suam de Trini-  
tate exposuit, subjungens: *Credo etiam*  
*Sacramenta, quæ Ecclesia credit & reve-*  
*retur, speciatim vero, panem & vinum,*  
*super Altare consecrata, esse verum Cor-*  
*pus Domini Nostri Jesu Christi, veram*  
*ejus carnem & verum Sanguinem, quem*  
*in remissionem peccatorum nostrorum &*  
*in spem Salutis æternæ accipimus. (\*)*

Dominica sequente die sexta Octo-  
bris felici morte ad Cœlestia translata  
est beata anima; corpus vero post Alta-  
re majus Ecclesiæ illius Monasterii S. Ste-  
phano Sacræ sepultum. Carthusiani de-  
inde, pro more sui Ordinis, missis in va-  
rias

(\*) Ein auserlesenes Zeugniß wider die Prote-  
stanten! Oder hat vielleicht der Heilige Bruno  
nicht gewußt, welches die Meynung der wahren  
Kirche sey, und was in den Kirchenversammlun-  
gen erkläret worden?

rias provincias & usque in Angliam li-  
 teris, Patris sui obitum nunciarunt, pre-  
 cesque pro anima defuncti peragi popo-  
 scerunt. Porro quarundam Ecclesiarum  
 literæ responsoriæ usque ad nostram æta-  
 tem conservatæ sunt, in quibus S. Bruno-  
 nis Elogia plerumque versibus continen-  
 tur, & plerique Clericorum fatentur,  
 non tam ipsorum precibus S. Brunonem,  
 quam ipsos Sancti viri ad Deum inter-  
 cessione indigere. In iisdem Responso-  
 riis Ecclesia Remensis Brunonem, alu-  
 mnum suum, agnoscit & testatur, San-  
 ctum Virum in prospero rerum suarum  
 cursu, cum divitiæ affluerent, & hono-  
 res blandirentur, Sæculo nuncium mi-  
 sisse. Ecclesia Parisiensis defunctum Bru-  
 nonem, Doctorum gloriam, Andegaven-  
 sis Doctorum Magistrum appellat, & ad-  
 dit, non nisi solertissimos sublimis ejus  
 Sapientiæ capaces fuisse. Omnes ferme  
 insignem viri Doctrinam laudant.

Cum S. Bruno, ex quo Sæculi pom-  
 pæ valedixerat, nihil magis quam latere  
 cupiisset, suisque Discipulis parem silen-  
 tii & latebrarum amorem insinuasset, ne-  
 mo illa ætate vel ejus vitam, vel Ordinis  
 fundati Historiam literis mandavit, nec  
 prius tantæ Sanctitatis Vir quam post an-  
 nos plus quam quadringentos a Leone X.  
 Papa solemnni Ritu Sanctorum numero  
 adscriptus est. Retuli, quæ de eo Gui-  
 bertus

Sæcul. XII.  
A.C. 1101.*ibid.*

Sæcul. XII. bertus Abbas Nogentinensis illius avi  
 A.C. 1101. Scriptor dicit, & hic adjiciam, quæ Pe-  
Sup. lib. trus Venerabilis Abbas Cluniacensis, in  
 LXIII. §. quodam Opere, exinde post annos circi-  
 50. ter quinquaginta scripto, commemorat.  
 II. Mirac. In Burgundia, inquit, datur Ordo Mona-  
 c. 28. sticus Sanctitate & Regulari observantia  
 S. Brunonis præ multis aliis commendandus, nostra  
 Institutum, ætate institutus a quibusdam viris doctis  
 & Sanctis, scilicet a Magistro Brunone  
 Coloniensi, Magistro Landuino Italo, &  
 aliquot aliis viris, vere magnis, vere Deum  
 timentibus. Hi, experientia docti, quan-  
 tum socordia & tepor non nullis antiquiori-  
 bus monachis nocuerit, efficaciora remedia  
 sibi suisque Sectatoribus contra cunctas Dæ-  
 monis insidias pararunt. Ut vanam glo-  
 riam & superbiam fugiant, vestitu majo-  
 rem paupertatem & sui contemptum quam  
 ceteri viri Religiosi profitentur; quoniam  
 tam curtus, tam arctus, tam pilosus, tam  
 illotus est eorum habitus, ut conspicientes  
 horror perterreat. Ut avaritiæ radicem  
 evellerent, circa Cellulas suas certa terræ  
 spatia, pro fertilitate vel sterilitate soli  
 minora vel latiora sibi definierunt; nec  
 ultra hos terminos vel pedem unum, etsi  
 ipsis totus mundus offerretur, acciperent.  
 Eadem ex causa numerus pecorum, boum,  
 asinorum, ovium vel caprarum præscri-  
 ptus est. Ne vero necessarium sit vel fun-  
 dos, vel armenta augere, statuerunt, ut in  
 perpe-

perpetuum singula monasteria haud pluri-  
 bus membris, quam duodecim monachis  
 cum Priore, qui esset decimus tertius, fra-  
 tribus Conversis octodecim & paucis fa-  
 mulis, mercede conductis, constarent.

Sacul. XII.  
 A.C. 1101.

Ut corpus suum doment, semper aspe-  
 ra cilicia ad carnem gerunt, & propemo-  
 dum continua sunt jejunia. Non alio pa-  
 ne quam furfureo vescuntur, vinum tanta  
 aquæ copia diluunt, ut gustum non deleat.  
 Carnes nec sani, nec ægroti comedunt.  
 Pisces nullos emunt; si vero Benefactorum  
 charitas aliquos sponte offerat, accipiunt.  
 Caseo aut ovis tantum in die Dominica &  
 Feria quinta refici licet, Feria tertia &  
 Sabbato legumina aut cocta olera come-  
 dunt, Feria quarta & sexta solo pane &  
 aqua contenti sunt. Semel tantum in die  
 manducant, excepta octava Natalis Domi-  
 ni, Paschæ, Pentecostes, Epiphaniæ & quo-  
 rumdam aliorum Festorum. In Cellulis  
 separatis, more veterum Monachorum in  
 Ægypto, degunt, nunquam non Lectioni,  
 orationi, labori manuum, præprimis de-  
 scribendis libris vacant. Horas quoque  
 minores, dato in Campanili Ecclesiæ signo,  
 in cellulis recitant. Sed omnes ad Vesperas  
 & Matutinos celebrandos in Ecclesia  
 congregantur, ubi miro devotionis & at-  
 tentionis exemplo adstant. Diebus Festis,  
 in quibus bis reficiuntur, omnes Horas in  
 Ecclesia decantant, ac in Refectorio post  
 Sex-



Sæcul. XII. *Sextam, tumque post Vesperas, mandu-*  
 A.C. 1102. *cant. Illis etiam tantum diebus & in Do-*  
*minicis Missam celebrant. Legumina, quæ*  
*eis parce dantur, ipsi coquunt. Et vinum*  
*extra præscriptum refectiois tempus nun-*  
*quam bibunt. Hunc in modum Petrus*  
*Venerabilis vitam Carthusianorum, qui,*  
*ut ita dicam, ipsius oculis obversabantur,*  
*nobis exhibet.*

## §. XX.

*Concilium Romanum.*

**R**ex juvenis Conradus eodem anno mil-  
 lesimo centesimo primo, ex quo ab  
 Henrico Imperatore parente suo defecerat,  
 nono, rebus humanis ereptus est. Is  
 interea in Italia regnaverat, consiliis Papæ  
 & Mathildis Principis obsequens. Sunt,  
 qui veneno ipsum interiisse dicant, & non  
 nullis miraculis ejusdem exequias fuisse  
 illustratas. Anno sequente Henricus Im-  
 perator suadentibus Germaniæ Principi-  
 bus denunciavit, iturum se Romam, &  
 Concilium ad primam diem Januarii con-  
 vocaturum esse, in quo Regia & Pontifi-  
 cis causa examini subjiceretur, & inter  
 Imperium ac Sacerdotium concordia re-  
 vocaretur. Sed fidem fefellit, neminem  
 qui ipsius nomine Pontificis auctoritati  
 se submitteret, misit; contra certis indi-  
 ciis proditum est, Henricum id fuisse ma-  
 chinatum, ut alius præter Paschalem  
 Papa

*Abb. Urspe.*  
*an. 1101.*

*an. 1102.*

*to. 10. Conc.*  
*p. 727.*

Papa eligeretur; at fortunam huic con-  
 natui abfuisse.

Sæculum XI.

A. C. 1102.

Post Dominicam tertiam Quadrage-  
 simæ, nempe sub finem Mensis Martii  
 anno millesimo centesimo secundo, Papa  
 Romæ Concilium frequentissimum cele-  
 bravit, cui omnes Episcopi Apuliæ, Cam-  
 pania, Sicilia, & Tusciæ, verbo, totius  
 Italiæ, & complures transalpinorum Epi-  
 scoporum legati interfuerunt. In eo  
 concinnata est formula juramenti contra  
 Schismaticos in hunc modum: *Anathe-  
 matizo omnem Hæresim, & præcipue eam,  
 quæ statum præsentis Ecclesiæ perturbat,  
 quæ docet & adstruit, Anathema conte-  
 mnendum, & Ecclesiæ Censuras spernen-  
 das esse. Promitto autem obedientiam  
 Apostolicæ Sedis Pontifici Domino Pascha-  
 li, ejusque Successoribus. Testis sit mihi  
 Christus & Ecclesia! affirmo quod affir-  
 mat, damno quod damnat Ecclesia Sancta  
 & Universalis.* In eodem Concilio con-  
 firmata est excommunicationis senten-  
 tia, contra Henricum Imperatorem a  
 Gregorio VI. & Urbano II. lata, eamque  
 Paschalis in Cœna Domini, die tertia  
 Aprilis, in Ecclesia Lateranensi, innume-  
 rabili diversarum gentium multitudine  
 præsentem, suo ore promulgavit, declarans,  
 velle se, ut nulli hominum præsertim ul-  
 tramontani hanc Censuram ignorarent,

*Hist. Eccles. Tom. XVI.*

E

sed

Sæcul. XII. sed eum omnes a Communione Ecclesia-  
 A.C. 1102. stica arcerent.

Eodem tempore, quo illa formula condita est, Epistola Paschalis II. ad Archiepiscopum Poloniae, nempe Gnesnensem, scripta dicitur in hunc modum:

ep. 6. *Significasti, frater carissime, Regem & Regni Majores in admirationem fuisse raptos, quod Pallium tibi ab Apocristiariis nostris ea conditione oblatum fuerit, si Sacramentum, quod a nobis scriptum detulerant, jurares. Ajunt, omne jusjurandum a Christo Deo in Evangelio esse prohibitum, nec id ab ipsis Apostolis, Domino succedentibus, nec in Conciliis statutum inveniri posse. Tandem censent, non oportere, te hujusmodi juramentum edere. At nos necessitas ad exigendum hoc juramentum compellit, ut sic Fidem, obedientiam, unitatem Ecclesiae conservemus. Neutiquam de privato nostro commodo agitur, sed tua interest, palam facere, quod membrum Ecclesiae Catholicae, & Capiti ejus unitum, sis. Non tam remotus a nobis es, ac Saxones, Danique, quorum tamen Metropolitanae & hoc nobis juramentum praestant, & Legatos Sacrae Sedis honorifice recipiunt, & non solum singulis trienniis, sed singulis annis nuncios Romanam mittunt. In hac epistola Papa affirmat, nulla Concilia Ecclesiae Romanae leges praefixisse, cum Concilia per Ecclesiam*

fiæ Romanæ auctoritatem robur acceperint. At hujus principii fundamentum, falsis Decretalibus antiquius, nullum invenimus. Eadem epistola de verbo ad verbum, sed brevior, ad Archiepiscopum Panormitanum data occurrit.

Sæcul. XII.  
A.C. 1102.

ep. 52.

§. XXI.

*Res ad Investituram pertinentes in Anglia.*

Cum inter hæc Legati Angliæ Romam pervenissent, ac itineris sui causam, & Regis mandata Summo Pontifici exposuissent, ille usque adeo accensus est, ut ne quidem sermo superfuerit. Tandem indignans affirmabat; se neutiquam manifesto licet capitis sui periculo deterreri posse, aut cujuscunque Mortalium minitationibus impelli, ut Sanctorum Patrum Decreta aboleret. Scripsit in hac causa duas epistolas, alteram ad Regem Henricum & alteram ad Anselmum Archiepiscopum. In exordio epistolæ ad Regem, ei gratulatur fortunatum Regni auspiciam, & quod non imitetur impietatem Regis fratris sui, qui atrocem pœnam Deo vindice sustinisset. Hortatur, ut perversorum consiliis aures occludat; quippe investiendo Episcopos & Abbates indignationem Dei in Reges provocari. Promittit Papa, se nihil ab amicitia fide deducturum, si Rex ab

Sup. §. 14.

Edmer. 2.

Novor. p. 21.

to. 10. Conc.

ep. 93.

**Sæcul. XII.** Investituris abstinere vellet. Tum addit  
**A.C. 1102.** *Nos siquidem omnibus Laicis, S. Spiritus  
 judicio, Investituras Ecclesiarum dare in-  
 terdiximus, nec enim decet, ut a filio Ma-  
 ter in Servitutem addicatur, & Sponsum,  
 quem non optavit, accipere compellatur.*

In epistola, ad Archiepiscopum data,  
 Pontifex hortatur, ut constanter Regi  
 resistat. Et subjungit: *In Concilio, quod  
 to. 10. ep. 4. Anselm. pronuper in Laterano celebravimus, præ-  
 ap. Anselm. III. ep. 44. ceptum renovavimus, ne quicumque Cleri-  
 cus Laico homagium præstet, aut de ejus  
 manu Ecclesias vel Bona Ecclesiastica re-  
 cipiat. Nam desiderium placendi Sæcu-  
 laribus, ut Dignitates Ecclesiæ consequi  
 possint, Simonia fons est & origo. In fi-  
 ne dicit, se Anselmo Jus Primatus inte-  
 grum conservaturum esse, & se supersti-  
 te, nunquam fore, ut alius Legatus in  
 Angliam mittatur. Quod Pontifex di-  
 cere videtur haud immemor, quam ma-  
 le vertisset Legatio Guidonis Archiepi-  
 scopi Viennensis. Hæc vero Paschalis  
 Papæ epistola decima quinta Aprilis an-  
 no millesimo centesimo secundo da-  
 ta est.*

Eidem epistolæ Papa adjunxit Respon-  
 sa ad complures quæstiones, quas Ansel-  
 mus per duos monachos nuncios suos  
 Balduinum & Alexandrum proponi jus-  
 serat. In his Papæ Responsis majoris  
 momenti sunt sequentia: Episcopus de  
 manu

manu Laici Ecclesias in sua Diocœsi sitas recipere potest, quia non tam donatio fit quam restitutio, cum omnes Ecclesiæ unius Diocœsis sub potestate Episcopi esse debeant. Melius est, ut agrotans, five alius, imminente mortis periculo Viaticum de manu Sacerdotis, domi pellicem alentis, accipiat, quam sine eo decedat. Generatim Papa Anselmo concedit, ut si necessitas postulet, de rigore Canonum aliquid relaxet.

Ubi Legati in Angliam redierunt, Rex Henricus, convocatis Londini Principibus, ad Festum S. Michaelis, anno millesimo centesimo secundo, misit, qui suo nomine Anselmo dicerent; ut vel ipsi consuetudines, quas a parente suo accepisset, concederet, vel ex regno suo faceretur. Respondit Archiepiscopus: *Inspiciantur literæ Papales, & utcunque salvo honore meo, atque Sacræ Sedis reverentia, potero, obediam.* Dixit Rex: *Si vult, sane inspiciantur literæ ad ipsum Archiepiscopum directæ; illas enim, quæ ad me datæ sunt, hodie nemo leget. Nec de literis hic tricamur, sed dicat diserte, an imperata facturum sit.* Multi ad hæc Regis dicta obstupescabant, nec dubitabant, literas Pontificis ejus vota rejicere, quas certe, si ipsi faverent, etiam invito Archiepiscopo protulisset. Anselmus vero omnibus, quicumque volebant inspicere,

Sæcul. XII.

A.C. 1102.

Edmer. 3.

Novor. Flo-

rent. Vigor.

Chr.

Investitura.

Sæcul. XII.  
A C. 1102.

ep. 99.

epistolas a Papa acceptas exhibebat, præ-  
primis ex illis alteram duodecima De-  
cembris, anno millesimo centesimo pri-  
mo ad se datam, in qua Paschalis ipsum  
memorem esse jubebat Concilii Baren-  
sis, ubi Anselmo & ipso Paschali, postmodum  
Papa, præsentibus, Urbanus II. Papa In-  
vestituram damnaverat.

Tunc vero Episcopi, qui Roma in An-  
gliam remissi fuerant, dixerunt, sibi a Pa-  
pa aliud mandatum oretenus fuisse com-  
missum, quod hæc literæ non continerent,  
nec etiam illæ, quam ipsi ad Regem de-  
tulissent. Atque hæc elocuti Fide Epi-  
scopali manifestarunt, iussisse Papam, ut  
Regi denunciarent; si modo Christiani  
& boni Principis officia impleret, ipsum  
causam de Investitura motam dissimula-  
turum ea conditione, ut eam viris dignis  
& piis conferret. *Istud vero Papa, in-  
quiebant, datis literis concedere noluit,  
ne si hujusmodi indulgentia ad notitiam  
aliorum Principum perveniret, idem Jus,  
contempta Pontificis auctoritate, sibi esse  
contenderent.* Legatis Anselmi Archi-  
episcopi affirmantibus, Papam nemini  
coram aliquid mandasse, quod iis, quæ in  
literis legebantur, esset adversum, Epi-  
scopi professi sunt: *Præter mandata illa,  
quæ a Papa vobis præsentibus audivimus,  
alia secreto in conspectum vocati accepi-  
mus.* Itaque Principes in diversas sen-  
tentias

tentias abibant, his dicentibus, literis & Sæcul. XII.  
 annulo Pontificis credendum esse, aliis A. C. 1102.  
 contra affirmantibus, majorem fidem ad-  
 hibendam esse Episcopis tribus, quam  
 chartæ mortuæ & plumbo; nec Mona-  
 chos, qui Sæculo renunciaissent, idoneos  
 testes esse posse. (\*)

Henricus, ex sermone Episcoporum  
 concitator, Anselmum urgere, ut homa-  
 gium præstaret, eosque, quibus Episcopa-  
 tus modo collaturus esset, consecraret.  
 Sed Anselmus, ne Episcopos mendacii  
 publice argueret, respondit; videri sibi,  
 ut, si qua fraus subesset, detegeretur,  
 rursus Nuncios Romam ad consulendum  
 Papam mittendos esse. Interim autem  
 se, si Rex Investituram alicujus Ecclesiæ  
 cuiquam daret, nec Regem quidem, nec  
 eum cui Rex Ecclesiam contulisset pro  
 excommunicato habiturum esse, sed tã-  
 men se talem nec ordinaturum, nec pas-  
 surum, ut ab alio ordinetur. Omnibus  
 probabatur Archiepiscopi dictum. Sta-  
 timque Rex jure suo, ut putabat, usurus,  
 Investituram duarum Ecclesiarum Ca-  
 thedralium contulit, nempe Episcopatum

E 4

Sor-

(\*) Episcopi isti causam Investituræ molliter  
 defenderunt. Monachi, de quibus hic sermo,  
 sunt Balduinus & Alexander a S. Anselmo Ro-  
 mam missi. Hac de re §. XXVIII. mentio redi-  
 bit.



Sæcul. XII. Sorbiodunensem \* Rogerio Cancellario  
 A.C 1102 suo, & Herfordiensem alteri Rogerio, cu-  
 salisbury. linæ suæ & Rei cibariæ præfecto.

## §. XXII.

*Concilium Londinense.*

to. 10. p. 728.  
 ex Edm.

Sub idem tempus, nempe paulo post  
 memoratum Conventum Anselmus  
 Concilium Nationale Londini in Eccle-  
 sia S. Petri Westmonasterii, Rege, Epi-  
 scopis, Abbatibus, & totius Regni Prin-  
 cipibus consentientibus celebravit. Præ-  
 fuit Anselmus, præter quem Gerardus  
 Archiepiscopus Eboracensis, Mauritius  
 Episcopus Londinensis, aliique Episcopi  
 undecim cum illis duobus, qui pronuper  
 Investituram acceperant, advenerunt.  
 Complures etiam aderant Abbates, &  
 Principes, quos adesse optaverat Ansel-  
 mus & a Rege advocari rogaverat, ut  
 consentiente tam Sæculari quam Eccle-  
 siastica potestate Concilii Actis major au-  
 thoritas conciliaretur. Quod in Anglia  
 omnino necessitas postulabat, postquam  
 multis abhinc annis nullum habitum fu-  
 isset Concilium. Porro in isto nihil prius  
 actum, quam damnata Simonia. Abba-  
 tes sex, hujus labis convicti, ex quibus  
 tres Benedictionem Abbatialem accepe-  
 rant, & tres alii accepturi fuissent, depo-  
 siti sunt. Tres alii Abbates ex aliis cau-  
 sis Dignitate sua privati.

In

In eodem Concilio complures Con-  
stitutiones editæ sunt, de quibus nobis  
tantum Summa in viginti novem Articulis  
superest. Præ ceteris notatu digni  
mihi visi sunt sequentes: Episcopi mu-  
nus Advocati seu Causidici in causis tem-  
poralibus in se nunquam suscipiant, &  
more Laicorum vestiti non incedant.  
Omnibus Clericis per omnes ordines  
unius coloris sit vestitus. Quia nempe  
Laici colorum varietate delectabantur.  
Archidiaconatus census initis pactis Con-  
ductori non tradantur. Nullus Clericus  
Laici Curator, vel domui ejus Præposi-  
tus, aut Judex in causa sanguinis sit. Nul-  
lus Clericus uxorem ducat, aut ductam  
retineat. Filii Presbyterorum non sint  
hæredes Ecclesiarum Patrum suorum.  
Abbatibus nullo modo creent milites. Id est,  
Benedictionem solemnem ritu, quod Epi-  
scopi solebant, Equitibus non impertian-  
tur. Monachi pœnitentiam cuiusvis non  
injungant, sine consensu Abbatis sui, &  
Abbatibus monachis suis hanc potestatem  
tantum in eos conferant, quorum curam  
animarum gerunt. Monachi non præ-  
sint villis, Ecclesias a nemine nisi de ma-  
nu Episcoporum recipiant, & Presbyteris  
ibi servantibus congruum censum relin-  
quant. Fides inter virum & mulierem  
occulte & sine testibus de conjugio data,  
E 5 irrita

Sæcul. XII.  
A.C. 1102.

Art. I.

10.

8.

4. 5. 6

7.

17.

18.

20.

21.

22.

Sæcul. XII. irrita habeatur. (\*) Laici quoque criniti tondeantur, ob infandam impudicitiam juvenum, qui gravi anathemate damnantur. Nemo corpora mortuorum, fontes, aut rem quamcunque, sine Episcopali auctoritate, Religiose colat. Nemo homines, ut bruta animalia (quod in Anglia ad ea usque tempora fieri solebat) venundet.

Quia vero Articuli isti in Concilio propere & sine longa deliberatione propositi fuerant, noluit eos S. Anselmus ad Ecclesias Angliæ transmittere, priusquam attente descripsisset, & Episcopis in proximo conventu communicasset, ut sic omnium consensu confirmarentur. Hæc ipse Anselmus refert in epistola ad Archidiaconum suum data, cui non nullorum articulorum sensum explicat. Cum idem Archidiaconus quosdam Presbyteros excommunicasset, quod dimissas concubinas iterum revocasset, Anselmus latam Censuram confirmavit. At se se Regi opposuit, multas pecuniarias exigenti a Presbyteris, qui Concilii Decretum violabant, suggessitque, modeste & salva Regiæ Majestatis reverentia, non Principis esse ejusmodi abusus reprime-  
re,

(\*) In Actis addita sunt verba: *Si ab altero negata fuerit.*

re, sed Episcoporum, & his cessantibus  
 Archiepiscopi aut Primatis.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1102.

§. XXIII.

*Quæ in Bello Sacro secuta sint.*

Belli Sacri Successus plurimos Christianos, anno primo Regni Balduini, Salutis nostræ millesimo centesimo primo, ad pulcherrimam militiam suscipiendam accendit. Ex Longobardia quinquaginta ferme virorum millia itineri se commiserunt, Ducibus Anselmo Archiepiscopo, Alberto Comite Blandrachino, Guiberto Comite Parmensi, & compluribus aliis Principibus, qui, non paucis militum supplementis ex Germania receptis, Hungaria, Bulgaria & Thracia peragrata, post Festum Paschæ, anno millesimo centesimo secundo Nicomediam pervenerunt. Eodem ferme tempore, nempe anno millesimo centesimo primo, ex Francia profectionem exorsi sunt, Guilielmus Dux Aquitanix, Hugo Magnus, Comes Veromanduorum, Regis Philippi frater, qui capta Antiochia a Cruciatibus discesserat, Stephanus Comes Carnotensis & Blesensis, probrum admissum, cum comilitones, in eadem civitate periclitantes, deseruisset, diluturus, Stephanus Comes Burgundiæ & plures alii Proceres, quos triginta ferme Cruciatorum millia sequebantur. Hi eandem  
 viam

*Abb. Ursp.*  
 1101.

*Abb. Aquens.*  
 lib. VIII.

*Vill. Tyr. X.*  
 c. 12.

Sæcul. XII. A.C. 1102. viam ac Itali tenentes, cum Constanti-  
nopolim pervenissent, Raimundum Co-  
mitem Tolosanum ibi habuerunt, auxilia  
ab Alexio Imperatore flagitantem, qui-  
bus auctus in Syriam, ubi Sedem figere  
exoptabat, rediret. Eum ergo Franci  
expeditionis suæ Ducem proclamarunt,  
& trajecto S. Georgii freto, Niceam in-  
trarunt.

Alexius vero Imperator, qui speciem  
fidissimi amici præferens, Cruciatos blan-  
dissime filios suos compellaverat, clam  
nunciis ad Turcas missis, Christianorum  
consilia prodidit, ac ut strenue in incau-  
tos irruerent, concitavit. Cruciatu, im-  
prudenter divisi, alii viam per steriles  
montes & angustas fauces ingressi, ple-  
rique perierunt, alii Tarsum in Cilicia  
tandem emerferunt, ubi Hugo Magnus  
decima octava Octobris, anno millesimo  
centesimo secundo, præcoci fato functus  
est, anno ætatis circiter quadragesimo  
quinto. Ejus corpus in Ecclesia S. Pauli  
sepultum. Tum Sacri milites, quotquot  
supererant, Antiochiæ conjuncti sunt,  
unde ingenti acti desiderio Sanctam ter-  
ram conspiciendi, pars itinere terrestri,  
pars maritimo, Jerosolymam contendunt.  
Dum in via sunt, Tortosam urbem, in li-  
tore maris positam, quæ vetus Antara-  
dus Phœnicia fuisse creditur, expugna-  
runt.

Inter

Inter hæc Balduinus, Cæsarea in Palæstina expugnata, Archiepiscopum & ipsum nomine Balduinum, illi civitati præfecit, qui in prima expeditione cum Godefrido Bullionio venerat. Deinde novis Cruciatibus militibus obviam processit, & Jerosolymam deduxit, ubi communi læticia Festum Paschæ anno millesimo centesimo tertio celebrarunt. Haud diu post Dux Aquitaniam in Franciam rediit; qui vero permanserunt, Duce Balduino Rege iniqua pugna cum Infidelibus, numero longe superioribus, congressi maximam partem cæsi sunt, & præter alios Stephanus Comes Carnotensis, ac Stephanus Comes Burgundiæ. Rex Balduinus persequentium manus ægre effugit. Unde secunda hæc expeditio Rei Christianæ parum emolumenti attulit. Thimo Archiepiscopus Salisburgensis, a Mulsulmannis captus, cum ad abjurandam Religionem premeretur, constanter mortem subiit, vigesima octava Septembris, Martyrum Catalogo postea insertus.

## §. XXIV.

*Donatio Mathildis.*

Sub finem ejusdem anni millesimi centesimi secundi Mathildis Comitissa Donationem, quam olim pro Ecclesia Romana scriperat, datis literis renovavit in hunc modum: *Tempore Domini Gregorii*

Sæculum XI.  
A.C. 1102.

c. 19.

vit. ap. Teng-  
nag. p. 8.

Sup. lib.  
LXII. § 48.  
ap Bar. an.  
1102.

Sæcul. XII.  
A.C. 1102.

gorii VII. Papæ, in Lateranensi Palatio in Sacello Sanctæ Crucis, præsentibus compluribus viris nobilibus Romanis, ego dedi & obtuli Ecclesiæ S. Petri, Gregorio Papa Donationem acceptante, omnia Bona mea, tam, quæ tunc habebam, quam ea, quæ acquisitura eram, tam citra quam ultra montes sita. In cuius rei memoriam literas conscribi iusseram. Sed quia hodie illæ literæ nusquam apparent, timens ne donatio mea in dubium revocetur, eam ista die renovo, in manibus Bernardi Cardinalis Legati, optimo quo fieri possit modo, & omnia Bona mea Papæ & Ecclesiæ Romanæ offero. (\*) Nec mihi, nec Hæredibus meis quocunque tempore reclamare liceat; quod si quis nostrum fecerit, multam seu pœnam, auri optimi libras mille, argenti pondera quatuor millia conferre teneamur. Actum Canusii anno millesimo centesimo secundo, decima septima Novembris. Bernardus Cardinalis, olim Abbas Vallis

(\*) In hac Epistola, a Cardinali Baronio relata, etiam leguntur verba: *Insuper per cultellum, festucam nodatam, guantonem & gurrafcionem terræ, atque ramum arboris, & me exinde foras expuli garpini, & absentem me feci, & a parte ipsius Ecclesiæ habenda reliqui &c.* Et in Notula: *Sunt formulæ ex idiotismis illius temporis, quæ in aliis Diplomatum reperiantur, quæ modo exoleverunt.*

Vallis Umbrosæ, postmodum Episcopus  
Parmensis fuit.

Sæcul. XII.  
A.C. 1102.

§. XXV.

*S. Otto Episcopus Bambergensis.*

In Germania, Ruperto Episcopo Bam-  
bergensi, eodem anno millesimo cen-  
tesimo secundo, fatis functo, ad Aulam  
Cæsaris Episcopatus Insignia (puta pe-  
dum & annulus) cum Libello supplici,  
quo sibi Episcopum dari Bambergenses  
petebant, delata sunt. At Henricus Im-  
perator inducias sex mensium indixit,  
quibus elapsis, data epistola, iussit, Lega-  
tos ad se mitti; dicens, se jam Episcopum  
illa Sede dignum invenisse. Circa Fe-  
stum Natalis Domini, Nunciis Bamberga  
missis ait Imperator: se ideo tamdiu de-  
liberasse, quod Ecclesiam Bambergensem  
tenere affectu diligeret, & optimum Præ-  
sulem ei præficere cupiisset. Tum ma-  
num Ottonis, Cancellarii sui,prehendens  
& conversus ad Bambergenses, *en hic est,*  
inquit, *Dominus vester & Episcopus Bam-*  
*bergensis Ecclesiæ.* Legati obstupescen-  
tes alter alterius vultum intuebantur,  
adstantes vero, qui vel sibi vel saltem  
amicis suis pinguisimum Beneficium ob-  
venturum speraverant, eos & gestu &  
strepitu ad obsistendum Cæsari incitare  
videbantur. Ergo ad Imperatorem di-  
xerunt: *Sperabamus, te nobis virum spe-*  
*ratæ*

*Dodech. Ur-*  
*sperg. vit.*  
*Otton. lib. 1.*  
*c. 3. tom. 2.*  
*Canis. p. 333.*



Sæcul. XII. *Etatæ in aula nobilitatis, genere & propin-*  
A. C. 1102. *quis clarum, daturum esse; hunc enim non*  
*novimus. Reposuit Imperator: Vultis*  
*scire, quis iste sit? me patrem habet, & Ec-*  
*clesiam Bambergensem habebit matrem.*  
*Nibil me a proposito deducet, Non eum*  
*leviter elegimus, sed longa experientia no-*  
*bis notissimum, & postquam discesserit,*  
*magnum, nullus dubito, nobis sui deside-*  
*rium movebit.*

Otto, obortis lacrymis ad pedes Im-  
 peratoris se demittens, Legatis ad eum  
 erigendum adproperantibus, tantum ho-  
 norem recusabat, pauperem se virum es-  
 se, dicens, & tanto fastigio indignum.  
 Eligerent sane ex Fratribus suis alium,  
 genere & opibus se præstantiorem. *En,*  
*inquit Rex, viri ambitionem, tertio jam*  
*Episcopatus honorem fugit. Nam pridem*  
*ei Episcopatum Augustanum & deinde*  
*Halberstadiensem obtuli; sed credo eum*  
*singulari Dei providentia ad regendam*  
*Ecclesiam Bambergensem fuisse reserva-*  
*tum.* Dum ita loquitur simul Ottonis  
 digitum annulo & manum Baculo Epi-  
 scopali ornat, ac ita investitum Legatis  
 Bambergensibus tradit. Otto vix per-  
 moveri poterat, ut consentiret, quod li-  
 tem de Investitura inter Sacerdotium &  
 Regnum fervere sciret; jamque exinde  
 Deo promisit, se Episcopi officium non  
 suscepturum, nisi de manu Papæ Confe-  
 cratio-

crationem & Investituram, consentiente Sæcul. XII.  
& id ipsum petente Ecclesia sua, acce- A.C. 1103.  
pisset. Tunc vero Moguntia Fæstum  
Nativitatis Domini cum Imperatore ce-  
lebravit, & sex circiter septimanis in au-  
la mansit.

Hoc tempore exacto Otto, jubente  
Imperatore, ab Episcopis Augustano & c. 4.  
Herbipolensi, comitantibus quibusdam Epistola Ot-  
Principibus & populi multitudine, Bam- tonis ad Pon-  
bergam deducitur, quo in Vigilia Purifi- tificem.  
cationis, prima die Februarii, anno mil-  
lesimo centesimo tertio pervenit. Quam-  
primum Ecclesiam Cathedralem procul  
conspexit, ex equo desiliit, calceamenta  
sibi detraxit, & reliquum viæ nudis pedi-  
bus super nivem & glaciem incedens,  
Clericis populoque, qui venienti solemnî  
pompa obviam processerat, circumdatus,  
confecit. Tum vix pauculis diebus ela-  
psis nihil antiquius habuit, quam Nun-  
cios Romam mittere cum epistola ad Pa-  
schalem Papam data, in qua obedientiam  
suam profitebatur, & petebat consilium.  
*Aliquot annos, dicebat, Imperatori Do-*  
*mino meo servii, ejusque gratiam mibi* t. 5.  
*conciliavi; (\*) sed cum Investitura, quam* to. 10. Conc.  
*ipse* p. 688.

(\*) Hic Lector veritatis Historicae studiosus  
observabit, Ottonem, virum Sanctum, in epi-  
stola ad Summum Pontificem data, profiteri se  
*Hist. Eccles. Tom. XVI.* F ser-

Sæcul. XII. A.C. 1103. *ipse daret, mihi non probaretur, bis Episcopatus ab eo oblatos non recepi. Jam tertio Episcopum Bambergensem nominavit. Verum id muneris non subibo, nisi tu, Sancte Pater, me investire & tuis manibus consecrare volueris. Fac ergo, ut quid præcipias sciam.*

Gratissima Papæ fuit Ottonis Epistola, perpauci enim illa tempestate in Regno Germaniæ degebant Episcopi, Ecclesiæ Romanæ, ut par erat, submissi. Ergo Ottoni rescribit, Episcopum Bambergensem electum agnoscit, acta dilaudat, & invitat; deposito omni metu Romam veniret. Otto itinere strenue confecto ad Festum Ascensionis, quod illo anno millesimo centesimo tertio in diem septimam Maji incidebat, pervenit. Mox Papam, tunc Anagninæ commorantem, cum Ecclesiæ Bambergensis Legatis, eum sibi Episcopum expetentibus, adit, ordinem & modum electionis aperit, Baculum & anulum ad pedes Pontificis, temeritatis vel erroris veniam petit. Pontifex eum resumere jubet Insignia, negat ille, indignum se & peccatorem professus. Tum Papa, *S. Spiritus*, inquit, *Festum*

fervisse Imperatori Domino suo, quem a Gregorio VII. depositum fuisse, ignorare non poterat.

*sum propinquat, tanti Arbitri consiliis* Sæcul. XII.  
*rem banc commendare debemus.* A.C. 1103.

Otto cum suis ad hospitium regres-  
 sus, tota nocte & sequenti die animo re-  
 volvit, illorum temporum iniquitatem,  
 Pastorum pericula, subditorum insolentiam,  
 omnibusque mature pensatis, cuncta  
 relinquere ac deinceps privatus quietusque  
 vivere decrevit. Igitur quid statuisset  
 comitibus suis significat, Summo Pontifici  
 valedicit, & per viam, qua venerat, redire  
 cœpit. At Papa missis nunciis abeuntem  
 redire in virtute Sanctæ obedientiæ jubet,  
 retrahitur a sociis, sicque Papæ manibus  
 in Festo Pentecostes, decima septima Maji,  
 anno millesimo centesimo tertio, compluribus  
 Episcopis assistentibus, consecratur.

Pridem Episcopi Bambergenses Privilegio  
 Crucis & Pallii, more Archiepiscoporum,  
 gaudebant, quo autem non sæpius quam  
 quater in anno uti licebat. Papa, ut  
 Ottoni faveret, licentiam hæc ornamenta  
 octies in anno adhibendi concessit. In  
 Epistola ad Ecclesiam Bambergensem data  
 Paschalis Papa dicit, se Ottonem, Clericis  
 Bambergensibus id petentibus, salva  
 Metropolitanæ auctoritate, ordinavisse.

Ex hac Epistola & ex omnibus, quæ  
 in Electione Ottonis gesta sunt, notari  
 oportet, ipsum pro Domino & Imperatore

c. 10.

c. 9.

Pasch. ep. 8.

Sæcul. XII. A.C. 1103.                       
                      
 vit. c. 3. p. 336.                       
 tore suo legitimo Henricum habuisse, licet excommunicatum, & toties a Gregorio VII. Papa, Successoribusque ejus depositum. Nec conscientiae morsus inde fuisse profectos, quod Henrico Potestatem defuisse crederet, sed ex modo investiendi & abusu, quo Henricus absoluta auctoritate Episcopos Canonice eligi non sinebat. Otto in Epistola sua ad Papam non dissimulat, se diu huic Regi ab obsequiis fuisse, atque ab ipso Episcopatum accepisse. In conspectum Papæ deductus factum non excusavit, nec Papa vel Ottoni vel Ecclesiæ Bambergensi, quæ Henricum Imperatorem venerabatur, hanc rem exprobravit. Nempe ex hoc exemplo & compluribus aliis illius ætatis dispicimus, Catholicos fuisse & a Sacra etiam Sede pro Catholicis habitos, qui Sententiæ contra Henricum sæpius latæ ad literam neutiquam obtemperandum esse existimarunt. Denique constat, non credidisse Fideles, opinionem de potestate Pontificis in Bona Regum temporalia in articulis Fidei locum habere.

## §. XXVI.

*S. Ottonis Exordia.*

Otto hac via Episcopatum Bambergensem consecutus, natus erat in Suevia parentibus nobilibus, qui eum a puero lite-

literarum studiis tradiderunt, quorum <sup>Sæcul. XII.</sup> causa cum a domo paterna abesset, ipsi <sup>A. C. 1103.</sup> mortui sunt, fraterque ejus parce, unde sustentari posset, mittebat. Tunc vero, cum literis humanioribus & Philosophiæ operam dedisset, & facultates non suppetent, quibus adjutus severioribus disciplinis vacaret, nec non propinquis suis oneri esse erubesceret, in Poloniam migravit, ubi raros esse viros literatos compererat. In illa Provincia cujusdam scholæ regimen in se suscepit; tum solerter alios docens, & ipse perficiebatur, non divitias modo sibi comparavit, sed & magnum honorem & nominis famam adeptus est. Linguam Polonorum didicit, vitam pudicam ducebat & frugaliter reficiebatur; quibus omnibus eximius corporis habitus accedebat. Unde omnium amorem sibi facile conciliavit. Ad familiaritatem Principum tandem admissus, negotia eorum pertractabat & legationibusungebatur, Duci Poloniæ adeo carus, ut ab ipso inter præcipua aulae suæ ornamenta numeraretur.

Jam Otto aliquot annos in Polonia versabatur, ab omnibus ob spectatam prudentiam amatus, cum Ducis uxor e vita decessit. Tum de secundis Ducis nuptiis agitari cœptum. Suadet Otto, ut Dux Henrici Imperatoris sororem in tori consortem sibi expetat; nec mora

Sæcul. XII.  
A C. 1103. ipse Legatorum princeps mittitur, qui in aula Imperatoris Duci suo sponsam exposceret. Processerunt nuptiæ, Ottonis auctoritas utrinque crevit, atque exorta inter Imperatorem & Ducem Poloniæ jurgia arbitrio & industria Ottonis composita sunt. Hinc Imperator cum hujus viri merita & insignes dotes perspexisset, eum sibi ab obsequiis esse exoptavit, petiitque Ottonem a Sorore sua & Duce sibi dari, qui, licet ægerrime carissimum virum a se avelli paterentur, consenserunt. Initio Imperator Ottonem ad minora ministeria adhibuit, Psalms aliasve preces cum ipso recitavit, semperque Otto paratum habebat Psalterium, quod Cæsari oraturo porrigeret. Cancellario deinde aulico ad Episcopalem Dignitatem evecto, Imperator Ottonem hoc munus obire jussit, & cum Ecclesiæ Spirensis constructio hæreret, hujus negotii curam ei commisit, qui minoribus quam prius expensis Opus pæne absolvit. Talis erat Otto, cum ad regendam Ecclesiam Bambergensem vocatus est.

c. 2.

## §. XXVII.

*Res Angliæ.*

*Edm. 3. No. vor.* In Anglia, soluto Londinensi Concilio, cum Rogerius, Episcopus Herfordiensis a Rege nominatus in morbum incidisset,

set, & moriturum se ominaretur, missis Nunciis Anselmum rogavit, ut ipsum, priusquam e vita migraret, a duobus Episcopis consecrari juberet. Anselmus viri stultitiam miratus, & subridens nihil respondit. Rogerio mortuo Rex Investituram illius Episcopatus dedit Reineldo Reginae Cancellario, misitque de suis, qui Anselmum rogarent, ut Reinelmum, & Rogerium, ad Episcopatum Sorbiodunensem nominatum, ac etiam Guilielmum, jam diu Episcopum Wintoniensem electum, consecraret. Respondit Anselmus: *Guilielmum baud gravatim consecrabo, duos autem alios non ordinabo, ne pacta cum Rege inita frangam.* Quo responso ad Regem delato, is excandescens, addito juramento, erupit in hæc verba: *Aliquem ex his tribus, exclusis ceteris, Anselmus me vivo nunquam ordinabit.* Guilielmus, Anselmo in exilio degente, electus eo adduci non potuerat, ut eligentium se vocibus consentiret, Baculum & anulum de manu Regis acciperet, & Ecclesie Regimen subiret. Anselmus vero, in Angliam reversus, ei Baculum pastoralem, rogatus a Clericis populoque, consentiente Rege, tradidit.

Itaque Rex, Anselmo alios duos ordinare recusante, Girardo Archiepiscopo Eboracensi præcepit, ut omnes tres



Sæculum XI. ordinaret, sed ecce! Reinelmus, ad Ec-  
A.C. 1103. clesiam Herfordiensem nominatus, pœ-  
 nitentia subeunte, quod Insignia Sacer-  
 dotalia de manu Regis accepisset, ea ad  
 ejusdem pedes iterum abjecit; qua con-  
 tumacia accensus Rex eum Aula expulit.  
 Girardus cum omnibus Angliæ Episcopis  
 diem præstituit, qua alios duos Guiliel-  
 mum & Rogerium ordinaret. Inchoan-  
 tur consueti Ritus, jamque ad examen  
 duorum Neo electorum perventum fue-  
 rat, cum Guilielmus, subito horrore cor-  
 reptus, professus est, malle se omnia re-  
 linquere, quam Ordinationi illicitæ con-  
 sentire. Episcopi pudorem & populi lu-  
 dibria non ferentes discedunt, Guiliel-  
 mus ad Regem deducitur, qui cum con-  
 stantem in proposito cerneret, omnibus  
 Bonis spoliatum e Regno ejecit, Anselmo  
 de injuria viro innocenti illata apud Re-  
 gem frustra conquerente.

Circa medium Quadragesimæ, anno  
 millesimo centesimo tertio, Rex Cantua-  
 riam venit, quasi Dubrim profecturus, &  
 cum Comite Flandriæ gravia negotia  
 pertractaturus; vera autem itineris cau-  
 sa fuit, ut Archiepiscopo instaret, ne Ju-  
 ra Regia sibi denegaret. Respondit An-  
 selmus: *Nuncii, quos Romam misi, inqui-  
 situros, an Episcopi vera retulerint, redie-  
 re cum literis; rogo, ut legantur, inde  
 enim cognoscemus, an contineant aliquid,  
 quod*

quod me ad parendum Regis voluntati obli-  
get. Reposuit Rex: *Nihil jam tibi pro-*  
*derunt ambages. Nunquid mihi Papæ*  
*auctoritate opus est, ad definiendum jus*  
*meum? quicumque id mihi adimere cona-*  
*tur, hostis est.* Tandem Archiepiscopo  
per suos significari jubet; iret ipse Ro-  
mam, & pro Rege impetrare satageret,  
quod alii non potuissent. Satis intelle-  
xit Anselmus, sub his verbis imperium  
latere, quo Regno Angliæ exesse jube-  
batur. A Rege tamen obtinuit, ut usque  
ad Pascha moræ patiens esset, quo tem-  
poris spatio Episcoporum Principumque  
sententia exquiri posset. Pascha illo anno  
in vigesimam nonam Martii incidebat.  
Venit ad Regiam Anselmus, ubi omnium  
consensu Romam petere rogatur. Ille  
respondet: *Quoniam ita vultis, longum*  
*iter suscipiam, quamvis hæc ætas mea &*  
*fractæ vires id vix permittant. Istud au-*  
*tem scire vos velim, me nihil a Pontifice*  
*petiturum esse, quod famæ meæ, aut Ec-*  
*clesiasticæ libertati nocere queat.* Tunc  
etiam omnibus visum, Legatum Regis  
nomine Romam mittendum esse.

## §. XXVIII.

*S. Anselmus secundo Romæ.*

Ergo Anselmus relicta Aula post Festa  
Paschalia celeriter ex Anglia solutu-  
rus, vigesima septima Aprilis, anno mil-  
lesimo

Sæcul. XII.  
A.C. 1103.

lesimo centesimo tertio, navem conscendit. Guiffanum venit & Bononiam, indeque in Normanniam ac Monasterium Beccense, ubi demum ultimam Papæ epistolam sibi antea redditam aperuit, cujus vinculum solvere prius noluerat, ne novum litigandi prætextum Regi præberet. Data erat duodecima Decembris anno millesimo centesimo secundo, in eaque Pontifex diserte negabat, vera esse, quæ Episcopi, a Rege Angliæ missi, eidem retulissent. (\*) Scilicet falsum esse, quod Papa Investituram non damnet, sed id Scripto profiteri noluerit, ne aliorum Principum querelas excitaret. His subjunxerat Paschalis Papa: *Unde Jesum, qui venes & corda scrutatur, in animam nostram testem invocamus, immane scelus nunquam nobis in mentem venisse. Avertat a nobis Deus, ut aliud ore expronamus, & aliud in corde reconditum habeamus.* Et infra: *Episcopos autem, qui veritatem in mendacium commutaverunt, a Beati Petri gratia & nostra societate excludimus, donec Romanæ Ecclesiæ satisfaciant. Tandem illos, qui per has inducias Investituram aut Ordinationem acceperunt, eosque, a quibus ordinati sunt, excommunicatos declaramus.* An-

(\*) Nempe Girardus Herfordiensis, Hebertus Tetfordiensis & Robertus Cestriensis. vid. sup. §. XV.

Anselmo Carnoti in Festo Penteco-<sup>Sæcul. XII.</sup>  
 stes versanti, & iter suum profecuturo, <sup>A.C. I 103.</sup>  
 Ivo Episcopus aliique viri sapientes sua-  
 serunt, ut in Francia subsisteret, & hac  
 anni tempestate Italiæ æstus experiri  
 nollet. Ergo Beccum rediit, ubi usque ad  
 medium Augusti permanens, Monachis  
 eximie virtutis exemplum fuit. Tan-  
 dem feliciter Romam pervenit, ubi Re-  
 gis Legatum, ante dies aliquot Romam  
 ingressum, habuit. Erat ille Guilielmus  
 Varelvastus, postmodum Episcopus Exo-  
 niensis, quem Guilielmus Rufus Rex an-  
 te annos aliquot ejusdem negotii causa  
 Romam miserat. Anselmo illud ipsum <sup>Sup. 1 ib.</sup>  
 hospitium in Palatio Lateranensi, quo an- <sup>LXII 7.</sup>  
 tehac sub Urbano II. Papa usus fuerat, <sup>c. 24.</sup>  
 datum est. Tum illa die, quam Pascha-  
 lis Papa ad causam illam examini subji-  
 ciendam statuerat, Guilielmus Varelva-  
 stus Regis sui causam apte & facunde di-  
 xit. Memoravit Regni Angliæ statum,  
 Regum beneficia in Romanos collata,  
 quibus Privilegia singularia a Sacra Sede  
 sibi concedi meriti fuissent. Duram &  
 Regi Domino suo probrosam rem fore,  
 si jura, quibus ejus Antecessores potiti  
 fuissent, sibi eripi pateretur, exinde ipsos  
 Romanos non parvam jacturam facturos  
 esse, *quam deinde, inquebat, etiamsi si vo-  
 luerint, reparare non poterunt.*

Hæc

Sæcul. XII.

A. C. 1103.

Hæc oratio Romanorum non nullos movit, qui meliorem esse Regis causam palam dicebant. Anselmus tacebat, expectans Papæ judicium, & Guilielmus ratus eum sententiam sibi faventem prolaturum esse, addidit: *Quidquid utrinque jactetur, omnes, quotquot adsunt, audiant velim: nunquam Rex Dominus meus Jus investituræ sibi subtrahi sinet, nam potius Regno quam ista potestate privari sustinebit.* Tunc vero Papa: *Id ego quoque te scire velim: testis sit mihi Deus: nunquam Paschalis Papa Regem tuum hoc jure gaudere impunitum feret, sed potius vitam & sanguinem, si hostes Ecclesiæ libertatis exigant, dabit.* Ita loquenti Papæ Romani assentiebantur, iisdemque suadentibus, Regi indulsit, ut non nullas Majorum suorum consuetudines retineret; at districte prohibuit, ne jure Investituræ uteretur. Tum etiam Henricum ab excommunicationis censura, quam Urbanus Papa intorserat, absolvit, illis ab hoc vinculo non absolutis, qui Investituram ab ipso accepissent, vel accepturi essent. Anselmus deinde Papæ valedixit, ab eoque literas, decima sexta Novembris anno millesimo centesimo tertio datas, in quibus ipsi jus Primatus confirmabat, accepit.

zo. 10. Conc.  
e. p. 45.

At Guilielmus Varelvastus Romæ mansit, votum obtendens, quo se Barium ad

ad S. Nicolaum iturum esse promississet, **Sæcul. XII.**  
 revera autem, ut absente Anselmo omnem **A. C. 1103.**  
 conatum ad flectendum Pontificem ad-  
 hiberet. Sed frustra fuit, nam nihil aliud *ap. Edmer.*  
 impetravit, quam epistolam ad Regem *3. Novor.*  
 Angliæ, vigesima tertia Novembris da- *p. 67.*  
 tam, in qua Papa, singularem amicitia  
 affectum in hunc Principem professus,  
 summis argumentis adhibitis & per pro-  
 priam ipsius gloriam hortatur, ut Inve-  
 stituræ renunciaret, & Anselmum in An-  
 gliam revocet. Petit etiam, ut sibi cito  
 respondeat. Tradita sibi epistola Gui-  
 lielmus Varelvastus, Anselmum, qui in-  
 terim Placentiam pervenerat, consequi-  
 tur, & cum eo Lugdunum petit, quam  
 urbem circa Festum Nativitatis Domini  
 intrarunt. Ibi Anselmo Solemnia cele-  
 braturo Guilielmus discedens ait: *Cum*  
*sperarem, meliorem itineris nostri Romam*  
*suscepti eventum, Regis mandata tibi ape-*  
*rire hucusque distuli. Tua ergo interest*  
*scire, quod, si ea mente in Angliam redeas,*  
*ut more Antecessorum tuorum erga Regem*  
*te exhibeas, is venientem benignissime ex-*  
*cepturus sit. Nihil amplius addas, repo-*  
 suit Anselmus, *cipio, quæ dicturus eras.*  
 Ita alter alterum reliquit, & Anselmus  
 Lugduni remansit, ubi eum Hugo Archi-  
 episcopus non minore honore coluit,  
 quam si ipse Archiepiscopus loci, & civi-  
 tatis Dominus fuisset.

§. XXIX.

Sæcul. XII.

A.C. 1103.

§. XXIX.

*Galonus Episcopus Belvacensis.*

Iv. 13p. 102.

In Francia, postquam Stephani Garlandi ad Episcopatum Belvacensem electio, ut retuli, nulla fuit declarata, in ejus locum Galonus S. Quintini in eadem civitate Abbas suffectus est. Qua re comperita Ivo Carnotensis, qui, Ecclesiæ Belvacensis olim alumnus, gratum semper servabat animum, data ad Manassem Archiepiscopum Remensem epistola vehementer hortatus est, ut Galonum, omnimode ablata, consecraret, non ignarus, Curiam ejus Ordinationi adversari. *Novis utique, inquit, octavam Synodum, ab Ecclesia Romana receptam & confirmatam Regibus prohibuisse, ne sibi aliquas partes in electione Episcoporum attribuant, atque Reges Franciæ Carolum & Ludovicum Ecclesiis libertatem Pastores suos eligendi concessisse, ut in eorum Capitularibus scriptum legimus, & voluisse, ut hanc constitutionem Episcopi in Synodis Provincialibus promulgarent. Illud vero non attendas, quod non nulli Regi nequiter suggererint, Galonum parentibus Servis natum esse; nam honesto loco licet mediocri ortus est, nec ullum mortalium invenire est, qui ejus Patrem aut Matrem servilis conditionis fuisse demonstrare queat.*

Ivo

Ivo ad Paschalem Papam quoque de Sæcul. XII.  
 hac causa scripsit in hunc modum: *Pars* A.C. 1103.  
*sanior Clericorum Belvacensium, consen-  
*tientibus Optimatibus & populo, Episco-* ep. 104.  
*pum elegit Galonum, virum optimi exem-*  
*pli, artibus liberalibus & Disciplina Ec-*  
*clesiastica instructum; sed non nulli par-*  
*tibus rejecti Stephani faventes, quos ille*  
*datis vestibus pretiosis aliisque donis sibi*  
*devinerat, & huic electioni refragantes,*  
*quamvis impedimentum Canonicum ex-*  
*promere nequeant, Regem adierunt, & ex-*  
*posuerunt, Galonum Discipulum & alu-*  
*minum meum fuisse, quem, si Episcopali Di-*  
*gnitate in regno ipsius fulgeret, contuma-*  
*cissimum Adversarium habiturus esset. Ita*  
*occupato Regis animo effecerunt, ut nec*  
*electionem approbare, nec Electo illius*  
*Episcopatus Bona tradere velit. Nempe*  
*Sede vacante illis Bonis Rex fruebatur.*  
*Tum iterum Ivo: Clerici eligentes tuæ*  
*Sanctitatis præsidium postulassent, nisi eo-*  
*rum Metropolita obsisteret; is enim diem*  
*indixit, qua tam ipsis quam adversariis*  
*præsentibus, dissidentes compositurus dici-*  
*tur. Sed forsân, ut Regis desiderio ve-*  
*lificetur, Galoni electionem abrogabit.*  
*Tuum est, Sancte Pater, Auctoritatem*  
*Apostolicam adhibere, Clericos, quibus*  
*Iustitia causæ favet, defendere, & quod*  
*capisti Sacerdotali constantia perficere.*  
 In alia epistola ad Papam data Ivo addit,  
 jurasse*



Sæcul. XII.

A.C. 1103.

ep. 105.

jurasse Regem, se hac aura fruente Galonum nunquam Episcopum Belvacensem futurum esse. *Si vero, inquit, hujusmodi juramentum Electionem Canonice abolere valeat, jam nullos in Francia nisi vel Simoniacos, vel vi intrusos Episcopos habebimus.*

Anselmus quoque ad Summum Pontificem dedit epistolam, Galono faventem, rogatus ab Ecclesia Belvacensi, cujus tristem sortem ex illo tempore cognoverat, quo in Monasterio Beccensi degebat. Testabatur, virum ad regendam Ecclesiam Belvacensem Galono magis idoneum inveniri non posse. Ceterum Galonus quidem Episcopus Belvacensis consecratus fuit, sed Rex juramenti sui tenacissimus nunquam eum in illa Ecclesia versari passus est. Galonus Romam profectus est; quod docemur ex epistola Ivonis Carnotensis ad Paschalem

ep. 1001.

Ivonis Carnotensis Epistola.

Papam data, in qua loquitur in hunc modum: *Sunt peccatores, qui, cum eos corrigere, & pessimas quibus laborant consuetudines sanare volumus, ad nos Sacre Sedis epistolas deferunt, nescio quibus fraudibus impetratas, hisque muniti, quæ imperamus, facere detrectant. Hæc res in Ecclesia causa est, quod Dei præcepta contemnantur, nec dicendo par sum, quanta inde morum corruptio originem ducat. Sed & ille bonis omnibus defensus*

dus est error, quod etiam Ecclesie columnæ  
 bujusmodi hominibus in viros integerrimos  
 calumnias evomentibus faventes au-  
 res præbeant. Unde omni propemodum  
 abjecta spe, nos quidquam boni præstare  
 posse, sæpe Episcopatu nos abdicandi cogi-  
 tatio subit. Jamque, ut de hac & pluri-  
 bus aliis causis cum Sanctitate tua delibe-  
 raremus, iter pæne usque ad Alpes profe-  
 cuti fuimus; sed ab amicis moniti, stru-  
 ctas nos ibi manere insidias, ultra progressi  
 non sumus. Mittimus vero ad te Fratrem  
 nostrum Galonum Episcopum, qui facilius  
 latere & pericula effugere poterit. Verba  
 nostra in ore ejus posuimus; quare, San-  
 cte Pater, postquam eum & suas & nostras  
 calamitates exponentem audiveris, jube,  
 quod nobis faciendum esse, tibi visum fue-  
 rit.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1103.

Galonus aliquamdiu Romæ commo-  
 ratus est, atque Historia Poloniae perhi-  
 bet, eum a Paschale Papa cum potestate  
 Legati illuc missum fuisse, ibidem cum  
 præsidio Ducis Boleslai duos Episcopos  
 damnasse & deposuisse, & Ladislaum Du-  
 cis filium, tempore Legationis suæ natum,  
 cum aliis illius Regionis Episcopis in Ec-  
 clesia Cracoviensi e sacro fonte levasse.

Longin. an.  
 1104. lib. 4.

Inter hæc Ecclesia Parisiensi post mor-  
 tem Guilielmi Montfortii, qui anno mil-  
 lesimo centesimo primo decessisse credi-  
 tur, vacante, Clericorum pars Fulconem,

Hist. Eccles. Tom. XVI. G Ca-

Sæcul. XII. Capituli Decanum, elegit, unde animo-  
A.C. 1103. rum divisio cum plurimorum scandalo

ep. 138.

ep. 139.

orta est. Ivo Carnotensis duobus Archidiaconis, ejus consilium exquirentibus, respondit, se nec isti nec cuicumque alii electioni consensurum, nisi post examen legitimum Clericis populoque consentientibus, eamque Metropolita & ejus Suffraganeis approbantibus, peracta esset. Cumque a Rege Philippo invitatus fuisset, ut examini interesset, expectavit donec a Daimberto Archiepiscopo Senonensi Canonice vocaretur, eique hac de re scripsit in hunc modum: *Si Rex mihi præsidium præstet; quod promisit, veniam & huic examini interero. Si venire non potuero, aut Fratres nostri non adsint, tanto numero, quanto ad causam maximi momenti finiendam opus est, vel rem istam differ, vel utrique parti concede licentiam Romam appellandi. Certe Fulco ad Papam proficisci constituit, sive ejus electio confirmata sive rejecta fuerit.* Fulco, ut proposuerat, iter Romam suscepit, testibus literis Archiepiscopi ejusque Suffraganeorum, & Libello supplici Ecclesiæ Parisiensis, quem legati ferebant, munitus. Ubi ergo Paschalis Papa, Fulcone *Pasch.ep.33.* in conspectum ejus deducto, cognovit, virum esse ætate & morum gravitate spectabilem, & non vana conjectura Ecclesiæ Parisiensis futurum esse utilissimum,  
 Episco-

Episcopum ordinavit, salvo jure Episcopi Sæcul. XII.  
 Metropolitan, quod ex ipsius epistola ad A.C. 1103.  
 Archiepiscopum Senonensem data, di-  
 spicimus. Fulco, cum non plus annos Necrol. Pa-  
 ferme duos Sedem Parisiensem occupaf- ris. ap. Du-  
 set, rebus mortalibus ereptus est octava bois. XI hist.  
 Aprilis anno millesimo centesimo quarto. c. 4. n. 7.

## §. XXX.

*Galonus Parisios translatus.*

Tunc vero Clerici populusque Parisien- ep. 146.  
 sis una voce Galonum, jam prius  
 electum Episcopum Belvacensem, in  
 suum Episcopum deposcunt. Quod Ivo  
 Carnotensis testatum facit in Epistola ad  
 Daimbertum, Archiepiscopum Senonen-  
 sem, data, in qua dicit: *Quia vero Trans-*  
*lationes Episcoporum, si necessariae sint,*  
*auctoritate Metropolitanæ & Summi Pon-*  
*tificis dispensatione fieri debent, suademus*  
*vobis, ut a Papa petatis; jubeat ipse hunc*  
*Episcopum a vobis transferri, cum Sedem,*  
*quæ ipsi erat destinata, tenere non possit.*  
 Galonus, cum Romæ esset, a Paschale  
 Papa obtinuit, ut Rex Philippus, adjectis Ivo. ep. 144.  
 certis conditionibus, ab excommunica- Eadm. 4.  
 tione absolveretur, consensitque Rex, ut Nov. p. 70.  
 ipse ad Cathedram Parisiensem transfer-  
 retur. Rediit Romam Galonus anno mil-  
 lesimo centesimo quarto, & Lugdunum  
 divertens Sanctum Anselmum Cantua-  
 riensem salutavit. Sub idem tempus

G 2

Papa

Sæcul. XII. Papa Richardum Episcopum Albanensem  
A.C. 1103. in Franciam misit, ut Regem absolvet.  
ret.

## §. XXXI.

*Concilium Trecense.*

ep. 141. Ceterum Paschalis Papa Concilium Tre-  
cis celebrandum indixit, in quam  
Civitatem cum vocaretur Ivo Carnoten-  
sis, literas ad Pontificem dedit in hunc  
modum scriptas: *Quanto dolore olim  
percepi, Regem excommunicari meruisse,  
tanto solatio hodie perciperem, quod a cen-  
sura absolvatur, dummodo ea absolutio ad  
Dei & Sacrae Sedis honorem evenire pos-  
sit. Si Deus cor Regis tangat, suadeo,  
ut Absolutionem solemniter ritu, & Episco-  
pis, quotquot convocare potueris, præsen-  
tibus, pronuncies, sicque non minus ejus  
conversio, quam prius culpa omnibus nota  
fiat. Ceterum ad Concilium indictum me  
conferre cuperem, sed nescio, qua via illuc  
pervenire possim, invito Rege, quem offen-  
sum jam annis decem habeo.* Nihilomi-  
nus Ivo illi Concilio interfuit.

Sup. lib.  
LXIV.  
§. 6.

to. 10. Conc.  
p. 704.

Trecis Patres adfuere frequentissimi.  
Nam advenisse leguntur Manasses Archi-  
episcopus Remensis, Manasses alter Epi-  
scopus Sueffionensis, & Hugo Catalau-  
nensis, Daimbertus Senonensis, Ivo Car-  
notensis, Joannes Aurelianensis, Hum-  
baldus Antiffiodorensis, Herveus Niver-  
nensis,

nensis, & Milo seu Philippus Trecensis, Sæcul. XII.  
 Rudolphus Turonensis, Marbodus Rhe- A.C. 1104.  
 donensis. Ex provincia Lugdunensi, Ro-  
 bertus Lingonensis, Norgaudus Augusto-  
 dunensis, pluresque alii, quorum nomina  
 non sunt apposita. Initium huic Conci-  
 lio datum est mense Aprili incunte, anno  
 millesimo centesimo quarto, Indictione  
 duodecima. Hubertus Episcopus Silva-  
 nectensis accusatus fuit, quod Ordines Iv. ep. 258.  
 Sacros nundinaretur, sed Episcopis visum,  
 actores non satis probare, quod afferrent,  
 unde Huberto juramento objecta dilue-  
 re licuit. In eodem Concilio adfuere  
 Legati Ecclesiæ Ambianensis, petentes,  
 ut electio Godefridi Abbatis Nogenti-  
 nensis, quem sibi in Episcopum coopta-  
 verant, consentiente Rege, confirmaretur.  
 Omnes, quibus perspecta erat Go-  
 defridi pietas, Deum laudabant, quod  
 vir eximius Ecclesiæ Ambianensi obtin-  
 geret. Ipse vero procul aberat ab Epi-  
 scopatus ambitione, quippe ad Conci-  
 lium veniens mandata sibi commissa lu-  
 benter susceperat, quibus instructus Ele-  
 ctionem alterius cujusdam Archidiaconi  
 ad Sedem Ambianensem confirmari pe-  
 tebat. Ergo fugam meditans compre-  
 henditur, Legato Episcopisque jubenti-  
 bus in medio Concilii sistitur, & Electio  
 cunctis plaudentibus confirmatur.

Sæcul. XII.

A.C. 1104

§. XXXII.

S. Godefridus Episcopus Ambianensis.

vit. lib. I.

c. 1. 2. &amp;c.

c. 17.

c. 18.

Godefridus, nobili genere in illa provincia ortus, quinquennis puerulus ad Monasterium S. Quintini prope Peronam ducitur, & Disciplinæ Abbatis Godefridi traditur, quem Abbatem suis ad Deum precibus obtinuisse credebant parvuli Godefridi parentes, ut sibi hic filius nasceretur. Cum deinde ad annum ætatis vigesimum quintum pervenisset, eum Abbas a Ratbodo Episcopo Noviomensi Presbyterum ordinari curavit. Postmodum Godefridus ex consilio Dynastæ Cuciensis, Episcopi Laudunensis, Archiepiscopi Remensis, ac illius provinciæ Episcoporum, ad regendam Abbatiam Nogentensem infra Cuciacum deligitur. Rex quoque hanc electionem approbavit, datisque litteris Godefridum ex Monte S. Quintini evocari jussit, acerrime dolente monasterii Abbate, qui egregium juvenem tanquam scipionem senectutis suæ diligebat, sibi Successorem destinabat. Nemo autem magis ipso Godefrido reluctabatur, quod juvenis esset & tanto ponderi, ut ajebat, sustinendo impar. Nihilominus Laudunum ab Abbate suo deductum Helinandus Episcopus Benedictione Abbatiali consecravit.

Nogen-

Nogentum adveniens Godefridus Sæcul. XII.  
 Congregationem non pluribus quam sex A.C. 1104.  
 monachis constantem, & muros undi-  
 que pæne collapsos invenit. At ipse  
 ædificia restauravit, & Regularem revo-  
 cavit disciplinam; unde post breve tem-  
 poris spatium monachorum numerus  
 crevit, & duo Abbates, relictis suis mo-  
 nasteriis, se Godefridi disciplinæ subjece-  
 runt. Non minore solertia res externas Guibert. no-  
 expediebat, quam monasticæ Disciplinæ vig. II. de  
 invigilabat; unde rem domesticam ex vit. S. c. 2.  
 privatorum beneficiis multum auxit.  
 Oblatas sibi Abbantias Nogentinensi pin-  
 guiores accipere noluit, & tandem Epi-  
 scopali fastigio dignus habitus, Remis vit. I. c. 32.  
 consecratus est a Manasse Archiepiscopo, c. 2.  
 assistentibus illius provinciæ Episcopis,  
 atque inter alios Lamberto Attrebatensi,  
 & Joanne Teruanensi, qui, Godefrido  
 arctissimo amicitiaæ fœdere juncti, Am-  
 bianum intrantem honoris & obsequii  
 causa comitati sunt.

## §. XXXIII.

*Concilium Balgenciense.*

De Regis absolutione a Censura ex-  
 communicationis actum est in alio  
 Concilio, quod Richardus Papæ Legatus  
 eodem anno millesimo centesimo quar-  
 to Balgenciaci celebravit. Res hujus ep. 144.  
 Concilii plane ignoraremus, nisi Ivonis



Sæcul. XII. Carnotensis superesset epistola, qua Paschali Pontifici narrat, quid in eo sit gestum. A.C. 1104. Notum, inquit, facimus Paternitati vestræ, quod tertio Kalendas Augusti plures Episcopi tam Remensis quam Senonensis Provinciae, & ego, invitati a Richardo Legato vestro, convenimus in quodam Municipium Aurelianensis Episcopatus, nomine Balgenciacum, ad dandam Regi absolutionem, prout in literis vestris id facere jubebamur. Adfuit Rex quoque cum Laterali sua, & secundum præceptum vestrum, tactis Sacrosanctis Evangeliiis ambo parati fuerunt absolute omnem carnalis copulae consuetudinem abjurare, insuper & mutuam colloquutionem, nisi præsentibus testibus minime suspectis, usque ad vestram dispensationem. Sed quia in Literis vestris continebatur, ut Legatus in hoc negotio consilium virorum prudentium adhiberet, totum onus voluit pendere ab arbitrio Episcoporum, & contra Episcopi, nescio quo consilio, semper dicebant, se in hac causa comites & non duces esse oportere. Quamvis quibusdam nostrum videretur, quod Absolutio hoc modo honeste posset concedi, & ob quorundam similitates non deberet impediri. Cum itaque res infecta relinqueretur, clamitabat Rex, se ab Episcopis pessime haberi. Vestram vero Paternitatem hodieque rogat, ut secundum moderationem Literarum

rum

rum vestrarum & mandata ore tenus Galono Episcopo commissa, ejus causam temperetis. Tandem & nos Paternitatis vestrae aures pulsamus; indulge, Beate Pater, hujus Principis infirmitati, quantum sine Salutis aeternae jactura fieri potest, & Regnum excommunicatione ipsius magnis periculis expositum libera.

Saecul. XII.  
A.C. 1104.

Ceterum illud quoque a Sanctitate tua supplices poscimus; jube, Galonum Episcopum, Fratrem nostrum, opera Archiepiscopi Senonensis ab Ecclesia Belvacensi, quam ob Regis juramentum servare non potest, ad Ecclesiam Parisiensem, quam ei Rex parens, & filius, ut amorem in te testatum faciant, lubenti animo concedunt, transferatur. Qui hanc epistolam tibi reddet, referet, Galonum unanimi Clericorum populique suffragio esse electum, ejusque Translationem contra Canones non pugnare. Effectu preces non caruerunt, nam Galono ad Cathedram Episcopalem Parisiensem, anno millesimo centesimo quarto translato, Geofridus in Sede Belvacensi successus est.

§. XXXIV.

*Concilium Parisiense.*

Ut huic Epistolae Ivonis Carnotensis obsequeretur Paschalis Papa, datis ad Episcopos trium provinciarum Remensis, Senonensis & Turonensis literis, jussit;

to. 10. Conc.  
ep. 35.

Sæcul. XII. si Richardus jam e Francia excessisset,  
A.C. 1164. negotium Regem absolvendi Lambertus  
 Episcopus Attrebatensis susciperet, &  
 cum ceteris Episcopis perficeret, sub con-  
 ditione juramenti, quod se editurum esse  
 Rex promississet. Data sunt hæ Pontifi-  
 cis literæ quinta Octobris, eaque, quæ  
 continet, Episcopi exsecuti sunt Parisiis  
 secunda Decembris. Interfuerunt vero  
 Daimbertus Archiepiscopus Senonensis,  
 Rudolphus Turonensis, Ivo Episcopus  
*ibid. p. 742.* Carnotensis, Joannes Aurelianensis, Hum-  
 baldus Antissiodorensis, Galonus Pari-  
 siensis, Manasses Meldensis, Baldericus  
 Noviomensis, Lambertus Attrebatensis,  
 & Hubertus Silvanectensis, universim  
 Episcopi decem, & Abbates quatuor  
 Adamus S. Dionysii, Rainaldus S. Ger-  
 mani a pratis, Olricus ad S. Maglorium,  
 & Rainoldus ad S. Trinitatem Stampis,  
 cum pluribus aliis tam Clericis quam  
 Laicis, viris spectatissimis.

Epistolis Papæ perlectis, mittuntur  
 ad Regem Joannes Episcopus Aurelianen-  
 sis & Galonus Parisiensis, qui interroga-  
 rent, an juramentum præstare vellet.  
 Respondit Rex; præsto se futurum esse,  
 ut Deo & Ecclesiæ Romanæ, mandatis  
 Papæ satisfaceret, & consilio Episcopo-  
 rum obsequeretur. Venit ergo Rex in  
 medium Conventum nudis pedibus ma-  
 ximam animi humilitatem professus, &  
 abso-

absolutus est ab excommunicationis Cen- Sæcul. XII.  
 fura. Mox manibus contingens librum A.C. 1104.  
 Evangelii formulam juramenti recitavit,  
 & vultu ad Episcopum Attrebatensem, ut-  
 pote Sedis Apostolicæ Legatum conver-  
 so, ego *Philippus Rex Francorum*, ait,  
*peccatum & consuetudinem illicitæ copu-  
 læ, quam hæcenus cum Bertrada exercui,  
 ulterius non exercebo. Eandem quoque  
 feminam nec ad contubernium nec ad col-  
 loquium admittam, nisi præsentibus testi-  
 bus omni exceptione majoribus.* Cum  
 deinde eodem Sacramento se obstrinxif-  
 set Bertrada, Lambertus ambos absolvit,  
 eorumque, quæ acta fuerant, commen-  
 tarium ad Summum Pontificem trans-  
 misit.

Richardo Legato in Francia commo-  
 ranti monita adversus Ivonem Carnoten-  
 sem tradita sunt, quibus accusabatur,  
 quod Simoniam in Ecclesia sua publice  
 committi dissimularet. Tunc vero Le- ep. 133.  
 gato Ivonem ob hanc rem severe objur-  
 ganti ille respondit: *Simonie crimen ego  
 a prima die, qua Clericis adscriptus sum,  
 semper abominatus fui, & ad Episcopa-  
 tum evectus, compressi hoc monstrum, quan-  
 tum potui. Attamen si hodieque non  
 nullæ donationes in usu sunt, quas Deca-  
 nus, Cantor aliique Officiis Præfecti ab  
 illis, qui in Canonicorum numerum reci-  
 piuntur, me invito & frustra prohibente,  
 exi-*

Sæcl. XII.  
A.C. 1105.

*exigunt, consuetudine & exemplo Ecclesie Romanæ causam suam tuentur, dicunt enim, Romæ Cubicularios & eos qui officii in Palatio præsunt, complura dona in consecratione Episcoporum Abbatumve, oblationem aut benedictionem obtendentes, exigere, & ne quidem calamum vel chartam gratis suppeditare. Hæc objicientibus quid opponam, nisi illud ex Evangelio: quæ dicunt facite, quæ faciunt facere nolite?*

Matth. 23, 3.

§. XXXV.

S. Anselmus Lugduni.

*Interim S. Anselmus Lugduni versabatur, ubi sexdecim menses consumpsit, scilicet totum annum millesimum centesimum quartum, & primos menses anni millesimi centesimi quinti. Initio, nempe postquam Guilielmus Varelvastus ab eo discessit, epistolam dedit ad Regem Angliæ, in qua postquam rationem eorum reddidisset, quæ Romæ gesta fuerant, & memorasset, quid ad se Guilielmus abiturus dixisset, agebat: Non possum tecum vivere sicut Antecessor meus cum Patre tuo, quia non licet mihi homagium tibi jurare, nec cum illis communicare, qui a te Investituram Ecclesiarum acceperint. Hæc enim Papa, me præsentem, prohibuit. Quare, obsecro, scribe mihi, quæ tibi jam mens sedeat, ut sciam, an mihi in Angliam navi-*

Edmer. 3.

navi-

*navigandum sit.* Qua epistola transmissa S. Anselmus Lugduni responsum tranquillo animo expectavit.

Sæcul. XII.  
A.C. 1105.

Lib. 4. Nou.

Postquam vero Guilielmus Varelvastus in Angliam trajecisset, & Henrico Regi, quæ acta erant, retulisset, ille omnes Archiepiscopatus Cantuariensis census ad ærarium suum comportari jussit, tumque haud diu post Archiepiscopo scripsit; in Angliam non rediret, nisi prius consuetudines Regum parentis sui & fratris sui servaturum promitteret. Ergo Anselmus Lugduni permanere statuit, ubi complures epistolas ex Anglia ad se missas accepit, quibus mala, ipso absente, nascentia edocebatur. In quadam earum sequentia legebantur: *Ad officia & Dignitates Ecclesiasticas evebuntur Aulici indigni, Ecclesiæ diripiuntur, opprimuntur pauperes, rapiuntur Virgines & corrumpuntur, Presbyteri nuptias celebrant, & plurima alia perpetrantur flagitia, quæ cuncta a patria nostra avertere potuisses, si antiquam consuetudinem & dispensationis Ecclesiasticæ Regulas satis pensasses. Non debebas ab Ecclesia tua discedere, etiamsi vinculis te dedissent, & viscera tua a vivo corpore avulsissent. Tu vero, quia Regis Legatus vocem unam effutiit, fugisti, & oves tuas luporum faucibus tradidisti. Te discedente illi vacillarunt, qui tecum generosa pectora impro-*  
*bis*

Sæcul. XII.  
A.C. 1005. *bis objecissent, nam te absente, Duce & Capite destituti sunt. Redi igitur, redi in Angliam, superest tantis malis remedium, plurimos in eximio opere adjutores habebis.*

Anno secundo, postquam Anselmus Roma Lugdunum rediisset, scilicet anno Salutis millesimo centesimo quinto, Papa, Concilio in Laterano, tempore Quadragesimæ, celebrato, excommunicationis sententia feriit Comitem Melanchemsem ejusque conscios, qui Regem Angliæ ad Jus Investituræ pervicaciter viudicandum impellere dicebantur. Illos quoque, qui Investituram accepissent, Papa excommunicavit. At in Regem nulla censura lata est, quia Legatos Romam missurus erat post Pascha, quod hoc anno millesimo centesimo quinto in nonam Aprilis incidebat. Tum Papa Anselmum, quæ in hoc Concilio gesta erant, datis literis edocuit.

*Pasch. ep.*  
100.

## §. XXXVI.

*Bruno Archiepiscopus Trevirensis  
Romæ.*

In illo Concilio vel certe in alio, anno superiore eodem mense celebrato, Bruno Archiepiscopus Trevirensis Papam adiit, anno tertio Ordinationis suæ, quam confirmari petebat. Papa honorifice exceptum, ut Metropolitanam primæ provinciæ

cia Belgicæ decebat, deinde severo vul-  
tu increpuit, quod Investituram cum an-  
nulo & Baculo de manu Laici, nempe  
Henrici Imperatoris, accepisset, Eccle-  
sias dedicasset, & Pallio ab Apostolica

Sæcul. XII.

A. C. 1105.

*Hist. Trev.*to. 12. *Spicil.*

p. 241.

Sede necdum impetrato Clericos ordi-  
nasset. Tum Bruno suadentibus Episco-  
pis, qui Concilio intererant, Episcopatu  
se abdicavit. At elapso triduo iisdem  
Episcopis rogantibus pristinae Dignitati  
restitutus est, quia ante actorum pœni-  
tentiam profitebatur, & vir singulari di-  
scretione ac prudentia præditus Ecclesiæ  
in illis turbis multum profuturus vide-  
batur. Pœnitentia ei injuncta est, ut tri-  
bus annis, cum Sacris operaretur, ab usu  
Dalmaticæ abstineret. Tandem Papa  
Archiepiscopo Pallium tradidit atque  
mandata ad Doctrinam Fidei & Regimen  
suæ Ecclesiæ pertinentia, sicque Bruno  
lætissimus ad sua in Belgium remeavit.

Non legimus Brunoni aut Ottoni  
Bambergensi Papam exprobrasse, quod  
Henrico Imperatori, licet excommuni-  
cato, addicti essent, cum tamen constet,  
quod Bruno Trevirensis Henricum sem-  
per Dominum ac Imperatorem suum ve-  
neratus sit. Quin etiam illius Historiæ  
Scriptor notat, nullius Purpurati majo-  
rem quam Brunonis in Curia auctori-  
tatem fuisse, quem Imperator sæpe Patrem  
suum appellaret. Tum de Brunone sub-  
jungit:

*Sup. S. 25.*

p. 242.



Sæcul. XII. jungit: *Communione Catholicorum am-*  
 A.C. 1105. *plexus est, salvo, quod Imperatori debebat,*  
 p. 243. *obsequio, nec ita se Casareorum commu-*  
*nione inquinavit, ut inde Catholici offen-*  
*derentur.*

## §. XXXVII.

*Henrici in Imperatorem Parentem*  
*seditio.*

Nihilo minus Imperatoris excommuni-  
 catio speciem justitiæ præbuit Hen-  
 rico filio, in patrem rebelli, & ad facinus  
 excitato Paschalis Papæ literis, callida  
 solertia scriptis, in quibus Principem ju-  
 venem ad succurrendum Ecclesiæ Dei  
 exhortabatur. Namque in hunc modum  
 de hac re loquitur Monachus, illius tem-  
 poris Scriptor, adjiciens, filium ambitio-  
 sum, tanta auctoritate lætum, juvenili  
 ferocia in patrem arma cepisse. Eo ma-  
 jore invidia laborabat seditio, quod Hen-  
 ricus Imperator sub finem anni millesimi  
 centesimi secundi, cum Moguntia Fe-  
 stum Natalis Domini celebraret, eundem  
 Henricum filium Regno destinasset. Eo-  
 dem anno Imperator publice denuncia-  
 vit, se suscepta peregrinatione Sacrum  
 Sepulchrum invisurum esse; quod Pro-  
 positum ei animos Clericorum, populi,  
 Principumque conciliavit, multique ex  
 omnibus Regni partibus ad comitan-  
 dum Imperatorem iter facientem se se  
 com-

*Herman.**Marat. ton-**nac. tom. 12.**Spicil. 446.**Abb. Urspe.**an. 113.*

compararunt. Sed effluerunt anni duo, quin impleret, quod promiserat. Anno millesimo centesimo quarto iterum Moguntia Festa Natalitia Domini celebravit, eoque tempore, ut diximus, filius ipsius, qui tunc in Bavaria versabatur, titulum Regis Henrici V. sibi arrogavit, stimulus a non nullis Principibus, quibus opem præstantibus ante aliquot dies a patre aufugerat.

Is ergo Regnum auspicaturus denunciavit se Schisma odisse, & debitam Papæ obedientiam esse præstiturum. Tum Principibus Bavariæ non nullisque Superioris Germaniæ & Franconiæ Optimatibus in suas partes pertractis, in Saxoniam movit, ubi omnibus lætitiæ profitentibus exceptus, Quedlinburgi anno millesimo centesimo quinto Pascha celebravit, urbes in suam potestatem redegit, & a Principibus Rex salutatus est. Consilium deinde Ruthardi Archiepiscopi Moguntini, & Gebhardi Episcopi Constantiensis, Papæ Legatorum, secutus, tota Saxonia ad Communionem Ecclesiæ Romanæ revocata, Synodum in Domo Regia *Northuso* in Thuringia, ad vigesimam nonam Maji indixit. In ea Synodo, Conciliorum superiorum Decretis renovatis, damnata est Simonia, & Hæresis Nicolaitarum, id est, Presbyterorum fornicaria commixtio. Tum Jejunium mensis Mar-

Sæcul. XII.

A.C. 1105.

*Ursperg.*

1105.

Concilium  
Northusen-  
se.to. 10. Conc.  
p. 744.

Sæcul. XII. tii Hebdomada Quadragesimæ, Jejunium  
 A.C. 1105. vero mensis Junii in ipsa Hebdomada  
 Pentecostes Romano more celebrandum  
 indictum est. Item Pax Dei confirma-  
 ta. His vero, qui a Pseudo-Episcopis,  
 id est, Schismaticis, fuerant consecrati,  
 per Catholicam manus impositionem re-  
 conciliationem proximo jejunio dandam  
 fore, promissum. Præterea ut Episcopi  
 Schismatici seu intrusi, vivi deponerentur,  
 & mortui effoderentur, statutum est.

Rex juvenis Henricus Northusi morabatur, & non nisi vocatus Concilium intrabat. Quadam die adfuit, vulgari propemodum habitu, stans in loco editiore, & omnibus juxta decreta Principum sua jura renovavit; si vero aliqua contra sanam rationem peterentur, supra ætatem sapiens moderate denegabat, convenientem adolescentiæ verecundiam servabat, Christi Sacerdotibus dignam exhibebat reverentiam. Tum obortis lacrymis Deum, cunctamque Curiam Cœlestem testabatur, se nulla regnandi cupiditate paternum sibi Regnum usurpare, neque Dominum & patrem suum a Romano deponi Imperio exoptare, *quin e contrario, ajebat: ejus inobedientiam & contumaciam semper magna commiseratione persecutus sum. Proinde si S. Petro ejusque Successoribus Lege Christiana subjici velit, Regno cedam, eique*  
 ut

ut servorum minimus obediam. Hunc filii animum dilaudans totum Concilium lacrymas simul & preces, tam pro patris conversione, quam pro filii prosperitate fundere, & voce magna *Kyrie eleison* declamare coepit. Eadem hora Uto Episcopus Hildesheimensis, Henricus Paderbornensis & Fridericus Halberstadiensis ante vestigia Archiepiscopi Moguntini Metropolitanus sui prostrati, testes invocantes Regem, & totam praesentis Concilii frequentiam, professi sunt, se deinceps Apostolicae Sedi obedientes futuros esse. Horum Judicium Papae reservatum, & ipsi interim ab officio suspensi.

Saecul. XII.  
A.C. 1105.

Northuso digressus Rex juvenis Pentecostes Festum Merseburgi celebravit, ubi Henricum jam diu Archiepiscopum Magdeburgensem electum, sed ab Imperatoris fautoribus repulsum ordinari iussit. Haud diu post Moguntiam movit Ruthardum Archiepiscopum postliminio in Sedem suam reducturus; nam ille, cum esset Abbas ad S. Petrum Erfordiae, Archiepiscopus Moguntinus anno millesimo octogesimo octavo, defuncto Wezilone Schismatico, electus fuerat. Elapsis exinde annis decem Imperatori excommunicato velificari nolens, ejus gratia excidit, & in Thuringiam se recepit, ubi jam annis sex degebat, interim Imperatore amplissimos Ecclesiae Moguntinae

*Ursper. Ot-  
to Frising.*

*Serar. V.  
Mogunt. Arch-  
chiv. 24.*

*Sup. lib.  
LXIII.*

*S. 45.*

Sæcul. XII. nã census percipiente. Ergo filius exer-  
A.C. 1105. citum in Territorium Moguntinum] du-  
 xit, quia vero comperit se apud illam ci-  
 vitatem a Patre multis copiis aucto ex-  
 pectari, cedere coactus Herbipolim ve-  
 nit, in quam Ecclesiam Erlongo, quem  
 pater ejus Imperator intruserat, ejecto,  
 Robertum ejusdem Ecclesiæ Præpositum  
 invexit. Verum filio recedente Pater,  
 expulsò Roberto, Erlongum restituit.

Hostiles patris filiique acies prope  
 Ratisbonam ultra citraque Regenam  
 amnem, qui ibi undas in Danubium  
 evolvit, occurrerunt. Triduo, quo se  
 ambo exercitus intuebantur, effecit Fi-  
 lius, ut Dux Bohemiæ & Marchio Leo-  
 poldus, in quorum copiis paterni exerci-  
 tus robur esse non ignorabat, ab Impe-  
 ratore deficerent. Quare pridie quam  
 pugnandum fuisset, Imperatori signifi-  
 cari per suos jubent, Principibus non videri  
 e re esse, Patrem cum filio acie decer-  
 nere, hisque cum milite discedunt. Im-  
 perator proditum se esse intelligens, clam  
 cum paucis fuga elabitur. Tum ergo  
 Rex juvenis Ruthardum Archiepiscopum  
 Sedi suæ Moguntinæ, anno postquam  
 inde expulsus fuerat octavo, restituit.  
 Tandem pater & filius Bingæ ad Rhe-  
 num familiariter congressi statuerunt, ad  
 dirimendam litem suam in Natali Domi-  
 ni Comitibus generalia Moguntinæ celebra-  
 da esse.

Cum

Cum nihil magis Henrici juvenis se-  
 ditioni speciem æquitatis tribueret, quam  
 quod obtenderet, se totum Regnum Teu-  
 tonicum ad Sedis Apostolicæ obedi-  
 tiam reducturum esse, amici Patri suase-  
 runt, ut ad Palchalem Pontificem nun-  
 cios mitteret, qui obedientiam ipsius no-  
 mine sponderent. Ergo Henricus Impe-  
 rator ad Papam epistolam dedit, in cujus  
 exordio non sine voluptate memorat, se  
 olim Nicolaum & Alexandrum, Summos  
 Pontifices, amicos habuisse, & queritur  
 de inhumanitate eorumdem Successio-  
 rum, qui Regni sui subditos populos in  
 se concitassent. *Hodieque filius noster, in-  
 quit, tanto affectu a nobis dilectus, ut eum  
 in Solium evexerimus, arma Patri inferre  
 rebellis non horret, fidem mihi juratam  
 violat, contemnit justitiam, abstractus  
 consilio impiorum, qui eum solummodo in  
 finem ad arma provuperunt, ut direptas  
 Ecclesiarum & Reipublicæ opes inter se  
 partirentur. Multi nobis suggerunt; re-  
 belles celeriter armis esse opprimendos, sed  
 extremum remedium differre maluimus, ne  
 quisquam vel in Italia vel in Germania ca-  
 lamitatis, quæ inde eveniet, causam in no-  
 bis sitam fuisse jure conqueri possit. Ce-  
 terum, cum fama ad nos detulerit, te vi-  
 rum esse sapientia & cbaritate insignem,  
 atque inprimis Ecclesiæ unitatem exopta-  
 re, hunc Nuncium ad te misimus, exper-*

Sæcul. XII.

A.C. 1105.

ap. Ursper.

p. 395.

Sæculum XI. t. 1. A. C. 1105. *turi, an tecum reconciliari nos cupias, & avus, ceterique Antecessores mei obtinuerunt, ea procul dubio conditione, ut Dignitatem tuam Apostolicam, tali modo, quo Antecessores mei Antecessoribus tuis favebant, tibi servemus. Si paterno affectu nobiscum agere vis, & sincere pacem quæris, cum isto Nuncio virum explorata fidei, qui arcanas tuas literas deferat, remitte, ut quid sentias, certi fiamus, & deinde ad decidendam tanti ponderis causam solemnem Legatio decernatur.*

## §. XXXVIII.

*Rex Angliæ & S. Anselmus reconciliantur.*

*Edmer. 4. Novor.* Sanctus Anselmus accepta Papæ epistola, qua ipsum acta in Concilio Romano edocebat, intellexit, nihil causæ jam superesse, cur Lugduni maneret, & in Franciam redire statuit. Remos ire parabat, a Manasse Archiepiscopo instantissime rogatus, sed cum Charitatum\* ad Ligerim pervenisset, affertur nuntium, Comitissam Blesensem gravissimo morbo ad extrema propemodum esse deductam. Erat illa Adela Regis Angliæ soror, cui multa beneficia Anselmus in acceptis referebat. Credidit ergo se humanitatis officio non satisfacturum, nisi

\* La Charité.

nisi ægrotantem adiret, & moriturae so- Sæcul. XII.  
latium ferret. Verum Blesas perveniens A.C. 1105.  
convalescentem habuit. In illa commo-  
ratione Comitissam celare non potuit,  
cur in Franciam redire statuisset, seque  
postquam plus annis duobus emendatio-  
nem frustra expectasset, Regem excom-  
municaturum esse. Adela maximo do-  
lore afflicta, quod frater suus Rex con-  
demnandus esset ab Ecclesia, ad eum cum  
Archiepiscopo reconciliandum animum  
adjecit, persuasitque Præsuli, ut cum ipsa  
Carnotum se conferret. Rex Angliæ,  
qui tunc in Normannia versabatur, ad  
conferendum cum Anselmo sermonem  
Agliæ oppido inter Sagium & Morita-  
niam posito, condixit, cumque eo Comi-  
tissa Anselmum deduxisset, & Regem ad-  
modum mitigatum habuissent, post ami-  
cum colloquium Rex Præsuli Censuræ Ec-  
clesiæ suæ reddidit, sicque mutuo in gra-  
tiam redierunt. Non nulli Anselmo in-  
stabant, ut statim in Angliam navigaret,  
atque Rex ea addita conditione annue-  
bat, ne Archiepiscopus eos, qui a se In-  
vestituram acceperant, a sua Communi-  
one excluderet, quod promittere Ansel-  
mus noluit, sed statuit expectare redi-  
tum Legatorum, qui propter istud & plu-  
ra alia pacis stabiliendæ capita, de quibus  
inter Regem & Præsulem necdum con-  
veniebat, Romam missi fuerant. Hæc



Sæcul. XII. A.C. 1105. pacta Angliæ vigesima secunda Julii anno millesimo centesimo quinto condita sunt.

Eo majore lætitia Regem hæc reconciliatio affecit, quod fama prænuncia in Anglia, in Francia & Normannia jam tunc vulgasset, fore ut Archiepiscopus in Regem excommunicationis fulmen propediem intorqueret, ideoque illi, qui privato odio in eum accendebantur, audacius conqueri cœpissent. Itaque ut ostenderet, quantum exoptaret, Anselmum in Angliam redire, pollicitus est, se tam prompte nuncios Romam missurum, ut Archiepiscopus proximo Festo Natalis Domini Curia suæ interesse posset. Sed promisso non stetit, cumque legatos suos iter aggredi tardissime jusisset, nemo non intellexit, eum haudquaquam Anselmi in Angliam reditum cupere. Ita reliquum hujus anni tempus exactum est, & Anselmo Remos proficisci, atque Archiepiscopi & Canonico-  
rum desiderio satisfacere vacavit.

## §. XXXIX.

*Odo Episcopus Cameracensis.*

*Narrat. to. 12. Spicil. p. 444.* Hoc anno Manasses Remis Concilium celebravit, omnesque & singulos provinciæ suæ Abbates convocavit, nominatim vero Odonem Abbatem S. Martini Tornaci, qui Episcopus Cameracensis

sis electus, statimque ab Archiepiscopo & Sæculum XI.  
 illius provinciæ Episcopis consecratus est. A.C. 1105.  
 Hæc autem fiebant urgente mandato Pa- Sup. lib.  
 schalis II. Papæ, indignantis, quod Gau- LXIII. §.  
 cerius, in Concilio Claromontano ab Ur- 60.  
 bano Papa ante annos decem depositus, Sup. lib.  
 Henrici Imperatoris præsidio, se se in Se- LXIV. §.  
 de Cameracensi tueretur. Conjicere li- 29.  
 cet, Paschali Papæ tunc visum fuisse, oc-  
 casione utendum, cum Imperatori, ex  
 quo filius seditionem movisset, accisæ vi-  
 res essent. Ergo epistola ad Manassem  
 Archiepiscopum Remensem data præce- Narrat.  
 pit; Suffraganeos suos convocaret, Epi- p. 446.  
 scopum Cameracensem eligerent, & sine  
 mora ordinarent. Sed non tanta fuit  
 Archiepiscopi auctoritas, ut Odonem in  
 possessionem Sedis Cameracensis mitte-  
 re potuisset, quam Gaucerus uno adhuc  
 anno, nempe usque ad obitum Impera-  
 toris retinuit. Interim Odo ad Abba-  
 tiam suam Tornacensem remissus, ubi-  
 que, si Cameracum excipias, officiis Epi-  
 scopalibus fungebatur.

## §. XL.

*Clericorum Leodiensium Apologeticum.*

**R**obertus Comes Flandriæ se se Schis-  
 maticorum in Dicecesi Cameracensi  
 hostem professus fuerat; id enim ex epi-  
 stola Paschalis Papæ cognoscimus, in qua  
 ei propterea gratias dicit, hortaturque,

ep. 7.

H 5 ut

Sæcul. XII. ut etiam Clericos Leodienses excommu-  
 A.C. 1105. nicationi subjacentes ipsum Sacræ Sedis  
 Vindicem experiri cogeret. Eum dein-  
 de contra Imperatorem excitat in hunc  
 modum: *Ubique pro viribus tuis Henricum*  
*Hæreticorum Caput, ejusque Fauto-*  
*res persequere. Nullum profecto magis*  
*gratum Deo Sacrificium offerre poteris,*  
*quam si eum impugnes, qui contra Deum*  
*cervices erexit, qui Ecclesiæ Dei Regnum*  
*auferre conatur, qui in loco Sancto Si-*  
*monis Idolum statuit, qui S. Spiritus ju-*  
*dicio ab Apostolorum Principe, ejusque*  
*Vicariis de Domo Ecclesiæ expulsus est.*  
*Hoc tibi ac militibus tuis in peccatorum*  
*remissionem præcipimus, ut his laboribus*  
*ac triumphis ad Cælestem Jerusalem per-*  
*veniatis.*

Ad hanc Epistolam Clerici Leodien-  
 to. 10. Conc. ses responderunt, Scripto admodum pro-  
 p. 630. lixo edito, ad omnes Bonæ Voluntatis  
 homines directo, omnium illorum, qui  
 Henricum Patrem Imperatorem legiti-  
 mum agnoscebant, Apologetico. In  
 orationis exordio se Catholicos esse, &  
 Ecclesiæ unitati inconcussa conjunctos  
 profitentur. Idque postea in ipso cor-  
 pore luculenter demonstrant, cum Eccle-  
 siam Romanam, Matrem suam, Pascha-  
 lem Pontificem, Patrem suum, Apostoli-  
 cum, Episcopum Episcoporum, Angelum,  
 & Unctum Domini, ad quem omnium  
 Eccle-

Ecclesiarum cura pertinet, appellant. Sæcul. XII.  
 Ut legitimum etiam Papam reverentur. A.C. 1105.  
 Hildebrandum seu Gregorium VII. &  
 affirmant, se nunquam ullius Antipapæ  
 partes secutos fuisse. Unde Leodieneses  
 pro Schismaticis habendi nulla est causa.

Summatim ad defensionem suam af-  
 ferunt Clerici; quod ideo excommuni-  
 catis accenseri non debeant, quia juxta  
 Evangelium, spretis novis traditionibus,  
 quod est Cæsaris Cæsari reddunt. p. 634.  
 Præcepta S. Petri & S. Pauli referunt de obe-  
 dientia Principibus debita, & addunt: 1. Pet. 2. 13.

*Ergo quia Regem honoramus, quia Domi-  
 nis nostris, non tantum dum eorum oculis  
 obversamur, sed etiam in simplicitate cor-  
 dis, servimus, excommunicatione digni vi-  
 demur?* Rom. 13. 1.

Affirmant, valere juramen-  
 tum, quo Episcopi sicut alii Principes Re-  
 gibus, supra omnium hominum memo-  
 riam, se se obstrinxerunt, cum ab ipsis Re-  
 galia, id est, ditiones Regno subjectas,  
 accipiunt. Dicunt & probant, esse mo-  
 rem antiquissimum, quem usque ad mor-  
 tem servassent complures Episcopi, San-  
 ctitate conspicui, atque istud juramen-  
 tum, omnino legitimum, sine perjurio  
 violari non posse. Adjiciunt; novam  
 opinionem esse, ab Hildebrando intro-  
 ductam, quod quisquam mortalium hoc  
 inter subditos & Principem Sacramentum  
 solvere possit.

p. 636.

Infe-

Sæcul. XII.

A.C. 1105.

p. 637.

In Ecclesia

est Gladius

Spiritalis.

p. 638.

Sup. lib.

LXII. §.

51.

p. 639.

Inferius dicunt: *Si quis denique in Spiritu Dei vetus & novum Testamentum, Gestaque revolverit, inveniet, Reges & Imperatores vel nunquam vel difficile excommunicari posse. Adhuc sub Judice lis est. Admoneri quidem Reges &*

*Et iterum: Quod excommunicati dicimur, non gravius justo ferendum est, quia, ut credimus, nos ab excommunicatione excipiet ipsa Romana auctoritas. Hildebrandus Papa, qui Auctor est hujus novelli Schismatis, & primus Sacerdotalem lanceam contra Diadema Regni levavit, primo indiscrete Henrico faventes excommunicavit; sed deinde se ipsum intemperantiae reprehendens, illos ab excommunicatione excepit, qui Imperatori necessaria & debita subjectione, non voluntate faciendi vel suadendi malum, adhærebant, & hac de re Decretum edidit.*

Ad illud vero, quod Paschalis Papa Henricum Imperatorem Hæreticum diceret, respondent: *Si Hæreticus est, ipsius nostrasque vices dolemus. Non modo ejus defensionem in nos suscipimus, sed dicimus; etiamsi Hæreticus esset, eum nihilominus nobis imperare pateremur, & crederemus, nos peccatis nostris meritos esse, ut talem Dominum haberemus. Nec Princeps hæreticus a nobis repellendus esset, armis contra eum sumptis, sed precibus ad Deum*

Deum fufis. Reges illius temporis, pro quibus S. Paulus orari obsecrabat, non Catholicos, non Christiani erant. Cur vero pro malis Regibus Fideles orare oporteat, dicit; ut nimirum tranquillam vitam agamus. Sedis Apostolicae esset Apostoli mansuetudinem & lenitatem imitari. Sed bodie (hanc pœnam nempe peccata nostra merentur) Papa, cujus esset pro Rege peccatore orare, bellum in eum excitat, & nos tranquillam vitam agere non sinit. Unde hac Papæ auctoritas, ut præter gladium Spiritualem, etiam ferrum in Fideles sibi subjectos exserat? (\*) Gregorius primus

Sæcul. XII.  
A.C. 1105.  
1. Tim. 2. 2.  
VII. ep. 1.  
Sup. lib. XXXVI.  
S. 4.

(\*) Verba Leodiensium in Act. Conc. pag. m. 1771. Tom. V. Part. II. David orabat, \* ne populus occideretur, Angelus noster (Paschalis Papa) porrigens Roberto gladium orat, ut occidamur. Unde iste gladius Angelo nostro? jubente Jesu Discipulis ut vendita tunica emant sibi gladium, dicunt Discipuli: Domine, ecce duo gladii hic. \* Et Jesus: satis est. Ut ex Patrum dictis colligimus, est unus gladius Spiritus, quod est Verbum Dei: de quo Jesus ait: Non veni pacem mittere, sed gladium. \* Et Propheta: \*\* Maledictus qui prohibet gladium suum a Sanguine! Hunc gladium distringit Jesus magis contra carnales affectus, quam contra mundi assaultus. Est & alter gladius Spiritus, quo mortificatis vitiis carnis emitur corona Martyrii. Cum ergo duos

\* 2. Reg. 24.  
\* Luc. 22.  
\* Matth. 10.  
\*\* Jerem. 48.  
tan-

Sæcul. XII. A.C. 1105. *primus bujus nominis Papa dicit: Quia si ego Longobardos ad mortem persequi voluisssem, hodie Longobardorum Gens nec Regem nec Duces haberet. Quia vero, subjungit: Deum timeo, absit, ut cuicunque demum hominum mortis causa existam. Tanti viri exemplum secuti omnes exinde Papæ solo gladio Spirituali usi sunt, usque ad ultimum Gregorium, id est ad Hildebrandum, qui omnium primus se ipsum, & suo*

*tantum gladios a Domino Apostoli habeant; unde iste tertius Apostolico (Papæ) gladius, quem in nos porrigit, Roberto, Armigero suo? Et infra: Hæc jussa sint nec ne, in Dei pendet sententia. Non invehimur in Christum Domini, ad quem pertinet sollicitudo omnium Ecclesiarum... Nos attonite hac novitate rerum, quærimus, unde sit hoc novum exemplum, ut Prædicator pacis suo ore & alterius manu inferat Ecclesiæ bellum? Inferius queruntur, quod inauditi & ab Episcopo non moniti pro excommunicatis habeantur & dicunt: Nec Sodomitas damnasset Deus, nisi descendisset ad ipsos videre utrum clamorem, qui venerat ad eum, opere complessent\*.... Vos Præsules Ecclesiæ, qui estis Angeli Dei, gradatim ad nos descendere debetis, gradatim & nos ad vos ascendere debemus. Est primus gradus nobis ad Episcopum, secundus ad Archiepiscopum, per quos ascendere debemus ad gradum tertium, id est ad Papam Romanum.*

\* Gen. 18.

*suo exemplo Successores suos, contra Imperatorem gladio militari accinxit.*

Sæcul. XII.  
A. C. 1105.

Ad Epistolæ clausulam, in qua Papa Comiti Flandriæ præcipit, ut pro remissione peccatorum suorum Imperatori bellum inferat, Ecclesiæ Leodiensis Defensor respondet: *Si utriusque Legis totam Bibliothecam, si omnes Scripturæ Interpretes consulam, exemplum hujusmodi præcepti non inveniam. Solus Hildebrandus Papa ultimam manum Sacris Canonibus imposuit, quem legimus præcepisse Matbildi Marchionissæ in remissionem peccatorum suorum, ut debellaret Henricum Imperatorem. Hoc solum scimus, neminem ligari vel solvi posse sine examine, hunc morem hactenus tenebas, o Sancta Mater, Romana Ecclesia! unde ergo hæc nova auctoritas, per quam reis sine confessione & sine pœnitentia affertur præteritorum peccatorum impunitas & futurorum licentia? quam latum ostium patet hac indulgentia malitiæ hominum? (\*)*

p. 641.

p. 642.

§. XLI.

(\*) Istud ultimum benignius explicari debet, ac Leodienses accipiebant; haud dubie enim Summus Pontifex in Roberto Comite Flandriæ ejusque militibus confessionem peccatorum, dolorem de præteritis & propositum de vitandis futuris conjungi præsumebat. Fatendum tamen, hunc peccata remittendi & pœnitentiam injungendi



Sæcul. XII.  
A.C. 1105.

§. XLI.

*Henricus Pater Regno renunciat.*

*Ursperg. an.*  
1106.

Nullus annis illis in Regno Teutonico frequentior Conventus fuit, quam Comitia Moguntia ad Festum Natalis Domini anno millesimo centesimo quinto indicta, quibus plus quam quinquaginta Principes interfuerunt. Richardus etiam Episcopus Albanensis, & Gebhardus Episcopus Constantiensis, Papæ Legat.

*Otto Frising.*  
*VII. Chr.*  
c. 2.

gendi modum antiquæ Ecclesiæ Disciplinæ neutiquam esse consentaneum.

Ceterum etsi aliqua nimis acerbe dicta in Apologia Leodiensium approbari non mereantur, nihilo minus hujus Scripti Auctor, cujus stylus præ aliis in illo Sæculo nitet, præclare, solide & juxta principia antiquorum Patrum causam Ecclesiæ suæ egisse videtur. Plane, ut cetera silentio prætereamus, illud omnino novum & usque ad illa Ecclesiæ tempora inauditum erat, quod Summi Antistites Christianos Principes ad arma contra Excommunicatos capienda (id enim sine cæde & sanguine exsequi non poterant) stimularent.

Protestantes vero exemplum luculentum ex Leodiensium Clericorum constantia capiant, posse quoscunque demum abusus in Ecclesia Romano Catholica reprehendi & tolli, servata tamen Reverentia & Communione Ecclesiastica, sine qua Christianus nunquam Catholicus fuit, nec futurus est.

Legati, advenerunt, & latam sententiam Sæcul. XII.  
 Excommunicationis in Henricum Impe- A. C. 1106.  
 ratorem confirmarunt. Ipse interea Bin-  
 gæ custodiebatur, ubi filii insidiis captus,  
 licentiam eundi Moguntiam petebat, ut  
 ibi a Principibus audiretur. At illi ti-  
 mentes, ne populus, qui Henrico favebat,  
 seditionem commoveret, venienti ob-  
 viam usque Ingelheimium processerunt,  
 & sermonibus astute ad fallendum com- vit. Henr.  
 positis persuaserunt, ut in eodem loco se IV. ap. Ur-  
 reum professus Regno & Imperio se ab- stit. p. 389.  
 dicaret. Tum interrogatus, an libere  
 renunciaret, respondit, id libere a se fi-  
 eri, jamque sibi exinde nullam nisi Salutis  
 suæ curam fore. Mox ad Richardi Le-  
 gati pedes provoluto & absolvi a Cen-  
 suris petenti, hanc sibi potestatem non  
 esse, reposuit ille, sed ejus Absolutionem  
 Papæ atque Concilio universali reserva-  
 ri. Itaque Henricus Imperium dimittit,  
 filio suo cuncta Dignitatis suæ Insignia,  
 nimirum Crucem, Lanceam, Sceptrum,  
 globum & coronam, tradens, sicque Hen-  
 ricus filius Rex Germaniæ hujus nomi-  
 nis quintus ab omnibus Regni Principi-  
 bus, anno millesimo centesimo sexto, eli-  
 gitur, postquam ejus parens annis prope  
 quinquaginta regnasset. Protinus ei  
 Episcopi & Principes Laici fidem jurant,  
 & Legati Romanæ Sedis Electum, impo-  
 sitis manibus, in Regno confirmant. Ad  
*Hist. Eccles. Tom. XVI.* I hunc

Sæcul. XII. hunc locum dicit Otto Frisingensis: *An*  
A.C. 1106. *hæc omnia jure vel injuria & perperam*  
*facta sint, Sententiam non præcipitamus.*

Tunc vero cum Oratores Regi juve-  
 ni & toti Concilio exposuissent, quan-  
 tum Germaniæ Ecclesiam mala invetera-  
 ta affligerent, omnes ad ferendam opem  
 condixerunt, & statutum Legatos Ro-  
 mam esse mittendos, viros prudentia  
 præditos, qui Summi Pontificis mentem  
 exquirent, quærelas congrua respon-  
 sione diluerent, & in omnibus Ecclesiæ  
 Saluti consulerent. Ad hanc provinciam  
 obeundam delecti sunt ex Lotharingia  
 Bruno Archiepiscopus Trevirensis, ex Sa-  
 xonia Henricus Magdeburgensis, ex Fran-  
 conia Otto Episcopus Bambergensis, ex  
 Bavaria Eberhardus Eichstättensis, ex Al-  
 lemanna Gebhardus Constantiensis, ex  
 Burgundia Episcopus Curiensis, cum qui-  
 busdam Optimatibus Laicis, qui Episco-  
 pos comitarentur. Inter alia eis man-  
 datum, ut, si fieri posset, Papam ad iter  
 ultra alpes suscipiendum permoverent.

§. XLII.

*Epistola Henrici Patris ad Regem*  
*Franciæ.*

*Otto VII.* Interim Henricus Pater, ad oras Rheni  
 c. 12. inferioris se recipiens, Coloniae & de-  
 inde Leodii utroque honoribus, qui Im-  
 peratori exhiberi solebant, exceptus est.  
 Que-

Querebatur, se fraudibus deceptum, & vi adhibita ad abdicandum Regnum compulsus fuisse, scripsitque Regi Franciæ hac de re epistolam, in qua primo querelas contra Papam, persecutionis, quam pateretur, auctorem, effundit, *quamvis sæpe, inquit, omnem obedientiam & subjectionem Sedi Apostolicæ obtulerim, ea tamen conditione, ut dignitas mea salva esset. Tanto odio in me flagrant (nempe Pontifices) ut, violata Naturæ lege, filium ad me opprimendum impulerint; quare ille contra fidem, quam mihi Domino suo ut miles meus juraverat, Regnum meum invasit, Episcopos & Abbates meos deposuit, inimicos meos adjuvit, & ad ultimum (quod maxime vellem æterno silentio premi posse) filius parentis vita insidiatus est.*

*Machinationi abominandæ intentus, cum tempore Adventus Consuetudinæ, utcumque in pace, versaver, ad colloquium me vocavit, & arte simulandi a proditoribus instructus ad pedes meos procidit, veniam de præteritis deprecans, & cum lacrymis promittens, se mihi posthac in omnibus obtemperaturum esse, si modo Sacræ Sedi reconciliari vellem. Cum promptissime annuissem, dixissemque, de re tanta me cum Principibus esse deliberaturum, pollicitus est, quod me ad Festum Natalis Domini Moguntiam comitaturus, & inde*

Sæcul. XII.  
A.C. 1106.  
ap. Urstt.  
p. 396.

**Sæcul. XII.** *de suo præsidio saluum reducturus esset.*  
**A.C. 1106.** *Hoc promisso, quod vel Gentilis violare erubesceret, securus ibam. Cum vero die Veneris ante Nativitatem Christi Bingham pervenissimus, auctus est armatorum numerus & fraus patere cæpit. Tunc autem filius ad me: Pater mi, in vicinam Arcem nobis divertendum est, quia Archiepiscopus Moguntinus in civitatem suam excommunicatos non admittet. Festum ibi, quibuscum placuerit, celebra, ego interim pro causa tua laborabo. Tumque tertium eodem Sacramento se obstrinxit, si ingrueret periculum, se ipsum pro vita mea prædem futurum.*

*Verum ubi arcem intravi, captum me esse intellexi, cum tribus omnino viris ex toto comitatu mihi relictis. Ad portam excubare jussi sunt, hostium meorum atrocissimi, atque ut taceam opprobria, minas, gladios in cervicem meam exsertos, famem, sitim, illud certe nunquam obliviscar, quod Sanctissimis diebus sine omni Christiana Communionem in illo carcere fui. Nempe nec Missæ, nec ulli Officio Divino interesse licuit. Ego igitur, qui noluissem vitam Regno commutare, etiamsi idem regni mei terminus ac orbis totius esset, videns advenisse ineluctabilem necessitatem, coronam, Sceptrum, Crucem, lanceam & gladium Moguntiam misi. Tunc vero communicato consilio cum inimicis meis*

**Henricus IV.**  
**abdicans.**

meis filius meus Moguntia egressus, reli- Sæcul. XII.  
 ctis ibidem famulis & amicis meis, quasi A.C. 1106.  
 me in illam urbem magno armatorum suo-  
 rum agmine deducturus esset, Ingelbei-  
 mium petere me iussit, ubi eum hostium  
 meorum frequentia cinctum habui. Quia  
 ergo eis videbatur, tutissimum fore, si ore  
 meo me Regno abdicarem, omnes mihi sum-  
 mum vitæ discrimen denunciabant, nisi  
 imperata facerem.

Respondi, me in eorum potestate esse,  
 & nihil detrectaturum. Quærenti dein-  
 de, an saltem sic in tuto posita esset vita  
 mea, Apostolicæ Sedis Legatus, qui ibi-  
 dem aderat, dixit, me nullo modo eripi  
 posse, nisi confiterer, injuste me egisse, quod  
 Hildebrandum persecutus fuisset, Guiber-  
 to in ejus Sedem intruso, & omnia retra-  
 ctarem, quæ olim contra S. Sedem & Ec-  
 clesiam egissem. Illico in terram prostra-  
 tus capî per Deum orare, ut mihi locus  
 & tempus concederetur, quo vel objecta  
 præsentibus omnibus Principibus dilue-  
 rem, vel si damnandus viderer, pœnam,  
 quamcunque injunxissent, subirem. At  
 Legatus Papæ locum & diem denegavit,  
 dicens, nisi totum negotium in hoc loco  
 perageretur, nullam evadendi viam super-  
 esse. In his angustiis cum interrogarem,  
 an si omnia, quæ imperabantur, confite-  
 rer, ita veniam & absolutionem consecu-  
 turus essem, Legatus dixit, non esse sui ju-  
 ris

Sæculum XI. *ris me absolvere; si autem vellem absolvi,*  
 A. C. 1106. *Romam irem & Sacræ Sedi satisfacerem.*

*Ita spoliatum Ingelheimii me relinquunt. Ubi cum aliquamdiu commoratus essem, nam filius meus mandata miserat, quibus eum ibidem expectare jubebat, fidissimi amicorum me præmonent, nisi ex eo loco effugerem, fore ut in perpetuam captivitatem raperer, vel ibidem abscissis cervicibus interficerer. Itaque dum licebat fugam arripui, & primo Coloniam, tum Leodium perveni. Te igitur per hominum fidem obtestor, ut mihi amico & propinquo tuo consulas. Quæ amicitia & sanguinis vincula etsi inter nos non consisterent, tua tamen & omnium Regum terræ interesset, ne tam nefariæ proditionis & nequitia exemplum impunitum ad posterorum memoriam transmittatur. Hen-*

to. 2. *Spicil.* *ricus Imperator data etiam ad Hugonem*  
 p. 391. *epist.* *Abbatem Cluniacensem ejusque totam*  
 10. 12. 13. *Congregationem simili epistola prolixè*  
*narrat, quam perfide a filio habitus fue-*  
*rit, modumque docet, quo ad abjicien-*  
*dam coronam compulsus sit. In quibus-*  
*dam tamen adjunctis hæc epistola a præ-*  
*cedente differt. In epilogo Abbatem*  
*rogat, ut sibi consilium suggerat, pro-*  
*mittens, omnia se exsecuturum esse, quæ*  
*Abbati ad eum Papæ reconciliandum fa-*  
*cienda esse viderentur. Henricus in*  
*hoc Abbate, qui ipsum e sacro fonte*  
 leva-

levaverat, fiduciam singularem posue-  
rat. Sæcul. XII.  
A C. 1106.

§. XLIII.

*Quæ in Bello Civili secuta sint.*

Verum Henrico nequicquam reclamante & proficiente, quod Papæ subjici *Abb. Urspe.* vellet, qui factionem filii sequebantur, eum omnesque fautores ipsius nihilominus pro Schismaticis habebant, quo nixi fundamento, quamprimum Imperio renunciasset, decreta in eos exsequi cœperunt. Complures Episcopi e Sedibus suis ejecti, & alii, tanquam Catholici, expulsis subrogati, quorum aliqui statim in Festis Nativitatis Domini anno millesimo centesimo quinto ordinati fuerunt. Sed necdum Catholicorum zelus hic stetit. Effossa humo Episcoporum Schismaticorum corpora ex Ecclesiis projecerunt. Atque præter alia Guiberti Antipapæ ossa ex Ecclesia Ravennatensi, ubi annis quinque quieverat, eruta sunt. Omnia, quæ egerat, invalida declarata, & omnes Clerici ab Episcopis Schismaticis ordinati, usque ad examen, cui subjiciendi erant, suspensi.

Inter hæc in Italia quidam Henrici Patris Bellidux, nomine Wernerus, Urbi Aquinati præfectus, collectis undique copiis, & non nullis Romanis magna auri vi in suas partes pertractis, effecit, ut Abbas



Sæcul. XII. Farvensis, sub nomine Silvestri, Papa eli-  
A.C. 1106. geretur, dum Paschalis Papa haud procul  
 Benevento moratur. Verum haud diu  
 post Antipapa iste a Catholicis probrose  
 ejectus est.

Episcopi ad Papam a Comitibus Mo-  
 guntinis missi, cum Tridentum, circa  
 medium Quadragesimæ, pervenissent, in  
 custodiam rapti sunt a quodam juvene  
 Dynasta, Alberto nomine, prius Tridenti  
 Præfecto, qui id in mandatis ab Henrico  
 Patre Imperatore accepisse dicebat. Ita-  
 que nullus, nisi Gebhardus Episcopus  
 Constantiensis, per valles exteris ignotas  
 a viarum peritis ductus, in Italiam pe-  
 netravit, & ad Papam, Comitissa Mathil-  
 de operam præbente, pervenit. Ceteri  
 ab Alberto, qui proficiscentes ceperat,  
 indigne habiti sunt, excepto Ottone Epi-  
 scopo Bambergensi, cujus miles\* erat.  
 Quin hic Præsul obtinuit, ut Bruno Ar-  
 chiepiscopus Trevirensis & Guibertus  
 Comes libertati restituerentur, addita  
 conditione; Imperatorem adirent, de  
 pace cum ipso agerent, & mandata re-  
 ferrent, quid Imperator de ceteris capti-  
 vis decerneret. At Welfo Bavarix  
 Dux post triduum elapsum adest cum  
 Regis juvenis milite, ac cives Tridenti-  
 nos ad recipiendum Gebhardum novum  
 Episcopum compellit. Tum etiam ti-  
 more incusso extorsit ab Alberto, ut ca-  
 ptivos

\* Vasallus.

ptivos Legatos, veniam facti petens, di-  
mitteret.

Sæcul. XII.  
A.C. 1106.

Rex juvenis, Festo Paschatis, quod hoc anno millesimo centesimo sexto in vigesimam quintam Martii incidebat, Bonnæ celebrato, circa medium Junii Coloniam, quam ejus Parens, ejecto Archiepiscopo, opere munierat, milite cingit. Illius tempore obsidionis, quæ ad unum mensem tenuit, ejus Parens, Leodii commorans, Legatos misit cum literis tum ad filium, tum ad Principes datis. Filio exprobrabat, quod se Bingæ captivum custodiæ tradidisset, & filius parentem pessime haberi jussisset. Tum subjungebat: *Frustra æquitatis speciem ab injuria Papæ & Ecclesiæ Romanæ illata perfidiæ tuæ præbere conaris, cum te præsentem Legatis professi simus, quod in omnibus Pontifici obedire parati essemus, Principibus, patre nostro Hugone Abbate Cluniacensi, aliisque viris piis, ad consilium adhibitis.* Tum rogat filium, ut saltem in causa parentis sui Justitiæ locum daret, & claudit epistolam dicens, quod ad Papam & Ecclesiam Romanam appellet. Epistola ad Principes eandem querelas & eandem appellationem continebat. Rex juvenis, duabus hisce epistolis publice recitatis, suadentibus Principibus, & ipse Legatos ad Patrem remittit cum literis, quas etiam prius ab Hen-

Querelæ Patris & Filii.  
ap. Urst. p. 398.

p. 399.

Sæcul. XII. A.C. 1106.  
 ap. Ursperg.

rico Archiepiscopo Magdeburgensi publice legi iussit. Erant vero in hunc ferme modum scriptæ: *Postquam Schisma annos circiter quadraginta Imperium Romanum usque adeo perturbavit, ut ad Paganismum prope Apostatæ reversi simus, Deo miserante, ad unitatem Ecclesiæ rediimus, cum nulla superesset emendationis spes, Schismatis funesti Caput Henricum, qui nomen Imperatoris gerebat, rejecimus, & Regem, licet ejus filium, Catholicum tamen, elegimus. Ipse Pater hanc electionem se approbare testatus est, Insignia Imperii reddidit, inter lacrymas filium nobis commendavit, & denique promisit, sibi postbac nihil amplius præter animæ suæ salutem curæ futurum esse.*

*Nunc vero ad ingenium redit, in toto orbe terrarum querelas spargit, illatam sibi esse injuriam, Francos, Anglos, Danos, & alias gentes propinquas ad arma nobis inferenda excitat, causæ justitiam obtendit, & nostra se deinceps securum esse consilia pollicetur. Verum non alia profecto mente hæc omnia movet, quam ut Catholici hujus exercitus robur infringat, Ecclesiam vastet, nosque pristino anathemate involvat. Quare Rex, omnes Principes, totusque exercitus Catholicus statuerunt, ut Henricus in illum locum, & tanto quo volet præsidio tutus, veniat, ubi omnia quæ ab exordio Schismatis acta sunt*

*sunt utrinque ad examen vocentur, tam patri quam filio, quod iustitia postulat, exhibeatur, & tandem exclusa omni mora lites & iurgia, quæ Ecclesiam & Rempublicam concutiunt, sopiantur.* Legatos, qui istud decretum detulerunt, postquam a conspectu Imperatoris redierunt, ab ejus Aulicis male habiti sunt, quod cum ipsis communicare nollent, & excommunicatis accenserent. Responsum vero ab Henrico patre retulerunt; Principes exercitum dimitterent, & locum Comitiorum statuerent.

## §. XLIV.

*Henrici IV. obitus.*

**H**enricus filius urbis Coloniensis obsidionem solvere coactus, de suis misit ad Patrem, qui cum ad colloquium intra dies octo Aquisgranum invitarent. Hac de re conquestus est Pater data epistola, quæ fuit ultima, ad Episcopos & Principes Regni directâ; dicebat enim, ampliores quam octo dierum inducias etiam infimæ conditionis homini concedi solere. Tandem tertio ad Paschalem Papam & Ecclesiam Romanam appellabat. Verum haud diu post civili bello finem imposuit mors Henrici, die Martis, septima Augusti, anno millesimo centesimo sexto, fatis functi. Necdum annum vitæ quinquagesimum quintum expleve-

Sæcul. XII.  
A.C. 1106.

Sæcul. XII. pleverat, undecima Novembris anno  
 A.C. 1106. millesimo quinquagesimo primo natus,  
 & nihilominus sæpe Henricus Senior di-  
 ctus, nempe ut a filio distinguatur. Re-  
 gnaverat vero annos quinquaginta, an-  
 nosque novendecim imperavit ejus fi-  
 lius, quem cum, extincto Patre, omnes  
 Ordines Regem Germaniæ salutarent,  
 vel Schisma cessavit, vel certe Schisma  
 obtendendi qualiscunque causa sublata  
 est. Episcopus Leodiensis cum aliis ad  
 Communionem receptus est. Quia ve-  
 ro Imperator apud eum mortuus erat, &  
 ipse funus in sua Ecclesia sepeliverat, il-  
 lud tanquam hominis excommunicati  
 corpus effodere, atque in loco non Sacro  
 deponere jussus est, unde illud Rex Spi-  
 ram transferri concessit, ubi annos quin-  
 que in loculo lapideo extra Ecclesiam  
 servatum. (\*)

## §. XLV.

(\*) Magnifice deinde & Ritu Ecclesiastico  
 fuisse sepultum infra Lib. LXVI. §. V. dicemus.

De hoc Imperatore Natalis Alexander ex Abbate  
 Urspergeni: *Qui nec naturalibus, nec consuetudi-  
 nariis contentus sceleribus nova & a Sæculis in-  
 audita, ideoque non nulla incredibilia exercuisse  
 infamabatur. Ceterum neminem suis tempori-  
 bus natu, ingenio, fortitudine, audacia, statura  
 etiam, totaque elegantia corporis fuisse fascibus  
 Imperialibus aptiorem &c. Tum ex tom. I. Rer.  
 Germ.*

## §. XLV.

Sæcul. XII.  
A. C. 1106.*Epistola S. Hugonis Cluniacensis.*

Hugo Abbas Cluniacensis, arrepta ex morte Henrici Imperatoris occasione, Regem Franciæ Philippum ad pœnitentiam excitare conatus est. Significaverat S. Abbati Rex, cupere se reliquæ vitæ tempore cum eo arctissimam amicitiam colere, gratiam suam obtulerat, petens amorem reciprocum. Unde tempus opportunum favere ratus rescripsit Regi in hunc modum: *Cum Bonum Numen mihi viam aperire videatur, dicam sincere, quod sentio, & jam diu, ut fiat, exopto. Concipe, o Rex, majorem quam bucusque amorem & desiderium Boni, nempe veri & Summi Boni, quod ipse Deus est. In memoriam revoca, quod quadam die ex me quærenti tibi, an aliquis Regum aliquando factus esset Monachus? responderim, constare, quod etiam Reges cucullo se se*

Germ. Ursticii, ejusdem Henrici Imp. Charitas in pauperes dilaudatur in hunc modum: *In Cubiculo ejus cæci, claudi, & diversis morbis confecti jacebant; hos ipsemet excalcebat, hos collocabat, hos de nocte consurgens tegebat, nec abhorrebat vel ejus tactum, quem ægritudo compelleret usque ad sordidandum lectum. Iter ejus pauperes præcedebant, comitabantur, &c.*

Sæcul. XII. *se se abdiderint. Porre solius Guntrami*  
A.C. 1106. *Regis exemplum, omnibus aliis deficienti-*  
*bus, sufficeret. Nullibi alias nisi in hac*  
*epistola legimus, Guntramum Regem*  
*Monachum induisse. Tum Hugo profe-*  
*quitur: An exempla Principum propin-*  
*quorum & coævorum tuorum non te ter-*  
*vent? Guilielmi Regis Angliæ, inquam,*  
*& Henrici Imperatoris? quorum alter in*  
*saltu sagitta ictus interit, alter in medio*  
*calamitatum, quibuscum conflictabatur,*  
*modo defunctus est, cuius rei te certiore*  
*jam factum esse non dubito. Quem vero*  
*statum utriusque anima consecuta sit, quis*  
*scrutetur? Ergo, carissime Princeps, se-*  
*quere utilia suadentem. Vitam muta,*  
*mores corrige, per semitam veræ pœnitent-*  
*tiæ, & perfectæ conversionis ad Deum ac-*  
*cede. Viam autem Salutis faciliorem aut*  
*tutiovem professione monastica nullam in-*  
*venies. Cupimus te recipere, & cultu*  
*Rege digno prosequi. Regem Regum quo-*  
*que pro te orabimus, ut ex Monasterio ad*  
*Regnum æternum te transferat.*

## §. XLVI.

*S. Anselmus in Angliam redit.*

**S**anctus Anselmus in Abbatia Beccensi  
 versabatur, Legatorum reditum a se  
 ipso & a Rege Angliæ Romam missorum  
 expectans. Interim vero tristitia de illo  
 Regno nunciabantur; nempe Regem  
 tam

*Edmer. 4.*  
*Novor.*

tam populum quam Clericos ingentibus <sup>Sæcul. XII.</sup>  
 exactionibus premere. Speciem æqui- <sup>A.C. 1106.</sup>  
 tatis præbebat, quod Decreta ultimi  
 Concilii Londinensis de continentia Pres-  
 byterorum servari districtè vellet. Nam  
 cum absente Anselmo multi pellices suas  
 vel retinuisent, vel dimissas revocassent,  
 multæ impositis, & ad ærarium Regis  
 comportandis, puniebantur, & quia tan-  
 tus Concubinariorum numerus non erat,  
 ut præfectorum avaritia inde satiari pos-  
 set, etiam a Presbyteris continentibus  
 sicut a lascivis & demum ab omnibus ge-  
 neratim Parochis pecunia turpi titulo  
 exigebatur. Qui imperata solvere de-  
 trectabant, non sine probro & scandalo  
 in carcerem detrudebantur & torque-  
 bantur. Cumque ducenti ferme Pres-  
 byteri, vestibus Sacerdotalibus induti,  
 Regis conspectum subiissent, justas que-  
 relas delaturi, inauditi & ignominiose  
 habiti repulsi sunt. Ergo Anselmus Re-  
 gi scripsit; nullum in Ecclesia inveniri  
 exemplum, quod Rex Clericos ad ser-  
 vandas Leges Ecclesiasticas injunctis pœ-  
 nis temporalibus compellere aggressus es-  
 set. *Episcoporum est, inquit, bujuscmodi  
 crimina patrantes coercere, & ipsis cessan-  
 tibus Archiepiscopi, aut Primatis.* Ar-  
 chiepiscopo significari jussit Rex, quod  
 brevi in Normanniam navigaturus eique  
 circa hanc querelam satisfactorius esset.

Inter



Secul. XII.  
A.C. 1106.

Inter hæc adsunt Legati Roma red-  
ces, atque præter alia referunt mandata  
Summi Pontificis ad Anselmum directâ,  
quibus in causa Guilielmi Archiepiscopi  
Rotomagensis sententiam ferre jubeba-  
tur. Is olim monachus in Monasterio  
Beccensi, & deinde ad S. Stephanum Ca-  
domi, anno millesimo septuagesimo no-  
no, Joanni Abrincensi in Sede Rotoma-  
gensis successerat, quam annis triginta  
duobus tenuit. Sed eum, licet virum  
multorum meritorum, Papa jam ante  
longum tempus ab Officiis Sacerdotali-  
bus suspenderit, ac pro eo Anselmus,  
cum ultimo Legatos Romam misisset, in-  
tercesserat. Ergo Paschalis Papa Ansel-  
mo totum negotium commisit; faceret  
Sacrae Sedis nomine, quæcunque e re  
esse viderentur. Anselmus, Rotomagum  
profectus, itineris sui causam in Synodo  
exposuit, ubi Guilielmus Varelvastus,  
Regis Legatus, Papæ epistolas, a se Ro-  
ma allatas, reddidit, alteram ad Archi-  
episcopum Rotomagensem datam, in qua  
Pontifex hortabatur, ut a suo consortio  
illos arceret, quorum consilio impulsus  
in complures errores lapsus esset, alte-  
ram ad Anselmum, in qua dicebat, se Re-  
gi Angliæ, caput Sacrae Sedi submitten-  
ti, parcere, & Anselmo potestatem tri-  
buere, illos absolvendi, qui Investituram  
accepissent, qui eos post acceptam a Re-

to. 10. Conc.  
ep. 101.

ap. Edmer.

ge Investituram ordinassent, aut Regi Sæcul. XII.  
homagium præstitissent. Tum subjungi- A. C. 1106.  
tur: *Si qui deinceps Beneficia acceperint,*  
*sine Investitura, etiamsi Regi Fidem ju-*  
*raverint, eos nihilominus ordina, donec*  
*Regi persuaseris, nec istud homagium esse*  
*a Præsulibus petendum.* Postea Anselmo  
Papa licentiam dat ad Communionem  
recipiendi tres Episcopos, qui Regi anno  
millesimo centesimo secundo falsa retu-  
lerant, & Regem Principesque, qui ju-  
bente Papa cum Anselmo in causa Inve-  
stituræ laboraverant, absolvendi. Tan-  
dem Anselmo causam Archiepiscopi Ro-  
tomagensis commendat. Hæc epistola  
vigesima tertia Martii data.

Sup. S. 10.

Cum Guilielmus Varelvastus in An-  
gliam pervenisset & Regi, quæ Romæ  
acta fuerant, retulisset, ille latissimus Le-  
gatum ad Anselmum remisit, eum roga-  
turum, ut ad Ecclesiam suam celeriter ægrotans.  
remearet. At Guilielmus in Norman-  
niam reversus Archiepiscopum ægrotan-  
tem habuit, quæ res ipsum magno do-  
lore affecit, tunc enim Archiepiscopi  
reditum & libertatem Ecclesiæ sincere  
exoptabat. Regem jam serio animo  
constituisse affirmabat, in omnibus con-  
silia Archiepiscopi sui sequi & ab Eccle-  
sia Romana nunquam dissidere. Cum  
igitur vehementissime instaret, Ansel-  
mus utcunque infirmus e Monasterio

Hist. Eccles. Tom. XVI. K Bec

Sæculum XI. A.C. 1106. Beccensi iter aggressus est, sed cum Juiomagam pervenisset, ingravescente vi morbi, ultra progredi non valuit. Itaque jam se venire non posse nunciari Regi iussit, qui addito juramento affirmavit, se nullius rei jactura quam carissimi Anselmi acerbius affligi posse, cui rescripsit, ut quiesceret, & valetudinem suam unice curaret, se vero sine mora in Normanniam navigaturum.

Anselmus igitur Beccum revertitur, expectaturus Regem, qui ad Assumptionem Dominae Nostræ decima quinta Augusti anno millesimo centesimo sexto advenit. Tunc vero Archiepiscopus, qui interea convaluerat, solemniter Missam celebravit, & officio peracto, Præsul, Rex Proceresque congressi de omnibus capitibus, antea tot jurgiorum causis, consenserunt. Rex Ecclesias in Anglia a censu, quem Guilielmus Rufus omnium primus imperaverat, liberavit, promisitque, se quoad viveret de Ecclesiis vacantibus nihil percepturum. Quod spectabat ad exactionem Parochis injunctam, spondit, se ab illis, qui eam necdum præstitissent, nihil petiturum, & illos, qui eandem solvissent, ab omni tributo ad annos tres exemptos fore. Promisit quoque, datis Vadibus, se omnia, quæ absente Archiepiscopo de Bonis Ecclesiæ Cantuariensis accepisset, redditurum esse.

His

His pactis firmatis Anselmus in Angliam revertitur, ingenti lætitia exceptus ab omnibus, inprimis a Regina, quæ in itinere Archiepiscopum proficiscentem præcedebat, & venturo hospitia parabat.

Sæculum XI.  
A.C. 1106

Ceterum in illa profectioe in Normanniam suscepta Henricus Rex Angliæ, pugna ad *Tenerchebrai* victor, totam illam provinciam subegit, Roberto fratre capto & in Angliam misso, ubi e vita migravit. Henricus deinde Episcopis & Proceribus Normanniæ Lexovii ad res Ecclesiæ & Principatus componendas congregatis, pacem contra invasores Bonorum Ecclesiasticorum, raptores & latrocinantes stabilivit.

to. 10. Conc.  
p. 747. ex Or-  
deri. lib. II.  
p. 822.

§. XLVII.

*S. Bruno Segniacensis.*

Eodem anno Boemundus, Princeps Antiochenus, in Franciam venit, debita, quæ contraxerat ingentia, soluturus, & militum Cruce signatorum supplementa conducturus. Cum ergo Principatus sui custodiam Tancredo Propinquo commisisset, Antiochia discessit in autumnno anno millesimo centesimo quarto, in comitatu habens Daimbertum Patriarcham Jerosolymitanum, ad Papam querelas delaturum, quod Rex Balduinus ipso per nefas expulso in Sedem suam quemdam

Guil. tyr.  
XI. c. 1.

K 2

Pres-

Sæculum XI. Presbyterum, Ebremarum nomine, intru-  
A.C. 1106. sisset. Bœmundus in Apuliam appulsus,

haud diu in illa provincia commoratus,  
 Paschalem Papam adiit. Moxque, Daim-  
 berto apud eum relicto, Franciam petiit,  
 cum Brunone Episcopo Segniacensi, quem  
 Papa cum potestate Legati in illud Re-  
 gnum destinaverat, ut Principes ad mit-  
 tendum novum in terram Sanctam mi-  
 litem sollicitaret. Bruno nobilissimo ge-  
 nere in Territorio Pedemontano Astæ  
 Pompejæ, quæ urbs illa tempestate ur-  
 bibus Liguriæ adnumerabatur, ortus, a  
 prima ætate in Monasterio S. Perpetuæ  
 prope Astam educatus, postea Canoni-  
 cis in Civitate Senensi adscriptus est.  
 Inde Romam petiit, ad montem Cassi-  
 num digressurus, ubi Institutum mona-  
 sticum amplecti jam diu cogitabat. Cum  
 Romæ esset, eum Petrus Ignitus Episco-  
 pus Albanensis, anno millesimo septua-  
 gesimo nono, hospitio excepit. In Con-  
 cilio eodem anno celebrato Brunonis Do-  
 ctрина eximia & vis ingenii enituit, cum  
 Hæresim Berengarii refutavit. Quare  
 Gregorius VII. postea Episcopatum Se-  
 gniacensem in Campania vacantem  
 omnibus licet viribus repugnanti contu-  
 lit. Urbanum II. in itinere in Franciam  
 suscepto comitatus, Concilio Claromon-  
 tano interfuit. Tum elapsis aliquot an-  
 nis, relicta Ecclesia sua ad Montem Cas-  
 sinum

*Dissert.*  
*March. init.*  
*op. S. Bru-*  
*no.*

*Sup. lib.*  
*LXII. §. 60.*

*Sup. lib.*  
*LXIV. §.*  
*28.*

sinum se recepit, & sub Disciplina Ode-  
 risii Abbatis Monachum induit. Cumque Sæculum XI.  
A.C. 1106.  
 Populus Segniacensis ob hanc rem que-  
 relas ad Paschalem II. Papam detulisset,  
 & Papa Brunoni mandata misisset; redi-  
 ret ad gregem suum, ejusque curam ge-  
 reret, atque in arduis Ecclesiæ causis  
 Pontificem adjuvaret, non enim licuis-  
 se Episcopo, sine Sacræ Sedis consensu,  
 Monachum fieri, respondit Bruno in hunc  
 modum: *Testis est mihi tota Romana Ec-  
 clesia, quod antiquum hoc meum proposi-  
 tum ante multos annos exsecutus fuissim,  
 nisi periculum Ecclesiæ, quam Schismatici  
 violentis assultibus invadebant, me ab  
 hoc consilio ad tempus revocasset. Nunc  
 vero, dum Ecclesia pace fruitur, ad im-  
 plendum, quo me obstrinxi, votum me te-  
 neri credidi. Nec desunt mihi exempla  
 Sanctorum Episcoporum, qui negotiorum  
 tumultum fugerunt, ut quietam vitam du-  
 cerent. Quia vero Papa his argumentis  
 flecti se non sinebat, eum Oderisius ro-  
 gavit, ut concederet, Brunonem in Mo-  
 nasterio persistere, ea conditione, ut si  
 Ecclesiæ necessitas postularet, toties Ro-  
 manam vocaretur. In illo statu versaba-  
 tur Bruno, cum eum Pontifex Bœmunda-  
 dum in Franciam proficiscentem sequi  
 jussit.*

Sæculum XI.  
A.C. 1106.

§. XLVIII.

*Bœmundus in Francia.*

*Orderic. XI.* **B**œmundus in Franciam perveniens  
*p. 815.* mense Martio, anno millesimo cen-  
tesimo sexto, Lemovicum primo se con-  
tulit, redditurus votum, quo se S. Leo-  
nardo obstrinxerat, cum captivus ab In-  
fidelibus detineretur. Reliquo Quadra-  
gesimæ tempore ad multas Franciæ ur-  
bes divertit, ubique honorifice exceptus  
a Clericis populisque, quibus se spe-  
ctante gesta in bello Sacro narrabat. Ec-  
clesiis Reliquias, vestes sericas, resque  
alias pretiosas donabat, Monachis & Epi-  
scopis acceptissimus. Itinerum suorum  
socium ducebat Bœmundus filium Ro-  
mani Diogenis olim Imperatoris Con-  
stantinopolitani, pluresque alios ex pri-  
mis Græcorum stirpibus ortos. Horum  
querelis in Alexium Imperatorem, quem  
contra fas Imperium invalisse affirma-  
bant, Francorum odium in eundem ac-  
cendebatur. A compluribus viris nobi-  
libus rogatus Bœmundus filios eorum re-  
cens natos e Fonte Baptismi levabat, qui-  
bus ipse nomen suum (Marcus vero vo-  
cabatur) imponebat.

*Sup. vit.*  
*Lud. c. 6.*

Præter alias itineris causas hæc quo-  
que Bœmundo erat, ut uxorem in Fran-  
cia acciperet, duxitque Constantiam,  
Regis Franciæ Philippi & Bertæ Reginæ  
filiam,

filiam, quæ olim Hugoni, Comiti Tre-<sup>Sæcul. XII.</sup>  
 censi nuptui data, liberis ex eo genitis, A.C. 1106.  
 ob impedimentum propinquitatis, a vi-  
 ro separata fuerat, Ivone Carnotensi hoc *Iv. ep. 158.*  
 consilium suggerente. (\*) Bœmundo  
 quoque Procuratore connubium Cæci-  
 liæ, ex eodem Rege Philippo & impari ma-  
 tre Bertrada genitæ, Tancredo Bœmun-  
 di Propinquo promissum est. Nuptiæ  
 autem Bœmundi & Constantiæ Carnoti  
 anno millesimo centesimo sexto post Pa-  
 scha celebratæ sunt, ipseque in eadem  
 civitate in Ecclesiam ingressus, & sug-  
 gestum ante Altare Beatæ Virginis posi-  
 tum conscendens, ad populum dixit.  
 Omnes armis gerendis aptos hortaba-  
 tur, ut se in Asiam secundo migrantem  
 sequerentur, laborumque præmia arces  
 civitatesque opulentas futuras esse pro-  
 mittebat. Nec sane pauci, accepta Cru-  
 ce, iter Jerosolymam haud minore ala-  
 critate,

K 4

(\*) Vix quisquam hodie Ivonis Carnotensis  
 consilium vel sequeretur vel approbaret. Sed  
 omnes hujusmodi Conjugibus suaderent peten-  
 dam esse & acceptandam ab Ecclesia dispensa-  
 tionem; major est enim nostra ætate quam in  
 illis Sæculis Reverentia Contractus Sponsali-  
 tii, quem tam contrahentes quam omnes Fideles  
 ab initio pro Matrimonio legitimo & Sacra-  
 mento habuerunt; sic etiam honori & famæ  
 prolis ex tali thalamo natæ consulitur.



Sæcul. XII. A.C. 1106. critate, quam si ad jucundum convivium irent, instituerunt. Multo solemnius Fideles ad bellum Sacrum suscipiendum hortatus est Legatus Papæ Bruno Segniensis, in Concilio vigesima sexta Maji, eodem anno millesimo centesimo sexto, Pictavii, Bœmundo præsentem, celebrato. In eodem variæ etiam causæ ad Ecclesias pertinentes petraçtata.

## §. XLIX.

*Quæ Roberto Arbrifellensi objiciebantur.*

Eodem anno & in eadem Diocesi Pictaviensi celebre Monasterium Fontis \* Eberhardi fundatum. Robertum Arbrifellensem Prædicationis muneri, ut ante annos decem ab Urbano II. Papa jussus fuerat, gnaviter incumbentem non exigui hominum utriusque sexus greges sequebantur, nullum enim, quem a Deo vocatum putabat, repellere audebat. Ex quo Monasterium Rotense reliquerat, nullibi sedem figere voluerat, quo liberius ubique ad populos verba facere liceret; sed cum multitudinem Discipulorum suorum in dies augeri cerneret, & in continua profectioe sæpe necessitate compellente fieri, ut mulieres in eodem hospicio inter viros pernoctarent, locum quærere cœpit, ubi servato modestiæ decore domicilium stabile

\* Fonte-  
vraud.

c. 3.  
ap. Boll. 25.  
Feb. tom. 5.  
p. 606.

Sup. lib.  
LXIV. §.  
33.

bile haberent. Forte etiam hunc ani-  
 mum Roberto iniecit sinistra fama, quæ  
 de ipsius inusitata vivendi ratione spar-  
 gebatur.

Istud conjiciendi causam præbent duæ  
 epistolæ ab amicis ad Robertum datæ. *Lib. 4. ep. 47.*  
 Primam scripsit Geofridus Abbas Vindo-  
 cinensis, in qua ejus imprudentiam casti-  
 gat ob nimiam cum mulieribus ipsius di-  
 sciplinæ subjectis familiaritatem. *Ser-*  
*mones de te seruntur, inquit, te sæpe extra*  
*virorum conspectum feminis colloqui &*  
*noctu inter illas somnum capere non vere-*  
*cunderis, ut propiore periculo clariorem*  
*de carnis concupiscentia victoriam repor-*  
*tes. Nescio, an facias; sed scito, novum*  
*id esse & inutile Martyrii genus. Nun-*  
*quam propriae virtuti usque adeo fidas, ut*  
*credas te cadere non posse, nisi caute ince-*  
*das. Ita Geofridus ad Robertum. Ve-*  
*runtamen dubitare non licet, quin Rober-*  
*tus ejusque Discipuli, Monachorum more,*  
*ut evant per diem, vestiti noctu dormie-*  
*rint.*

Alteræ epistola est cujusdam Episco-  
 pi, quem Marbodum Rhedonensem esse  
 credunt. Ipse quoque in exordio Ro-  
 bertum nimia familiaritatis cum feminis *Marb. ep. 6.*  
 arguit, sed quamnam hujus rei occasio  
 fuerit, clarius indicat, his verbis: *No-*  
*ctem inter feminas & discipulos tuos trans-*  
*igere diceris, ut tam feminis quam viris*

Sæcul. XII.

A. C. 1106

*præscribis, quando vigilandum, quando dormiendum sit.* Nempe aliquam noctis partem orationi dabant. Tum subjungit epistolæ auctor; complures illarum mulierum in Nosocomiis & Hospitiis esse dispersas ad serviendum pauperibus & peregrinis, ex quo virorum mulierumque contubernio scandalorum occasio nata esset. Alterum, quod Marbodius Roberto exprobrat, est corporis habitus a communi aliorum consuetudine abhorrens, nempe, barba promissa, nudi pedes, vestis obsoleta & lacerata, quæ nec Canonicorum Institutum, quod profitebatur, nec Sacerdotium, quo initiatus erat, decerent. *Ista vestimenti sordities, inquit, non tantam tibi apud simplices auctoritatem, quantam stultitiæ opinionem apud viros prudentes conciliat.* Item reprehendit, quod contra Presbyteros & Præpositos Ecclesiasticos declamaret, efficeretque, ut complures Parochi a gregibus suis desererentur. Damnat facilitatem, qua Robertus, cunctos qui ipso perorante converti videbantur, recipiebat, & statim ad Professionem admittebat. Tandem in tota epistola monet, magnum zelum discretionem & prudentiam temperandum esse.

§. L.

§. L.

Sæcul. XII.  
A.C. 1106.*Fons Eberhardi fundatur.*

Non nulli Scriptores moderni has duas epistolas supposititias esse affirmarunt, rati, ea quæ continent Roberti Arbrifellensis Sanctitati, quam tota Ecclesia veneratur, convenire non posse. Sed utcunque res se habeat de his epistolis earumque veritate, constat, Robertum ipsum denique perspexisse, hanc vitæ rationem, & continuam ex utroque sexu agminis se sequentis peregrinationem, maximis periculis esse subjectam, quare aliquod desertum quærere statuit, in quo sine ullius offendiculo degere possent. Tandem invenit locum proposito suo aptum in extrema parte Dicecesis Pictaviensis duabus Leucis Candeo in Territorio Turonensi situm, qui Fons Eberhardi dicebatur, eratque solum incultum spinis & sentibus repletum, quod cum Robertus sibi donari a regionis illius Dominis impetrasset, ibidem Familiæ suæ a Deo sibi datæ perpetuam sedem fixit.

*vit. Rob.*

Primum tuguria, ut injurias aeris arcerent, & deinde Sacellum extruxerunt. Robertus mulieres a viris separatas cellulis suis inclusit, eas præcipue orationi, & viros labori destinans. Clerici & Laici una degebant, Clerici Psalmos decantabant, & Missam celebrabant,

Laici

Sæcul. XII. Laici laborabant, omnes silentium horis  
 A.C. 1106. statutis servabant, modestiæ & concor-  
 diæ studebant. Robertum Magistrum  
 suum vocabant, non enim Dominum se  
 aut Abbatem dici sustinebat. Is pecca-  
 toribus vehementer irascebatur, & ma-  
 gna dicendi vi pollebat. Verum pœni-  
 tentibus lenis erat, indulgens aliis, sibi  
 ipsi asper, hypocritarum inimicus infen-  
 sissimus. Discipulos suos non alio no-  
 mine quam *Jesu Christi pauperes* voca-  
 ri volebat. Quare etiam aliquamdiu il-  
 la solum annona, quam vicinarum regio-  
 num incolæ sponte sua afferebant, susten-  
 tabantur, sed brevi Fidelium Pietas fun-  
 dos & prædia hospitibus contulit, unde  
 abunde ali potuerunt.

Petrus Episcopus Pictaviensis novel-  
 læ Congregationi favebat, quod patet  
 ex edito Diplomate, in quo dicit: *Vir*  
*Apostolicus Robertus Arbrisellensis, post-*  
 Gall. Chron. *quam magnam virorum mulierumque mul-*  
 to. 4. p. 409. *titudinem suo hortatu ad relinquendum*  
*Sæculum permovit, Ecclesiam Sanctæ Vir-*  
*ginis honori fundavit, in loco nostræ Die-*  
*cesis, qui Fons Eberhardi dicitur. Hanc*  
*terram ei Aremburga Guidonis uxor &*  
*Rivarina ejus filia cum arvis, quæ uno an-*  
*no boves quatuor colere possunt, donarunt.*  
*Ibidem ipse Sanctimoniales sub monastica*  
*Regula vivere cupientes collegit. Haud*  
*diu post Paschalem Papam adivi, & Pri-*  
*vile-*

vilegium huic Monasterio obtinui. *Qua.* <sup>Sæcul. XII.</sup>  
*re nos quoque hoc Institutum confirma-* A. C. 1106.  
*mus, & præcipimus, ne quisquam has Fe-*  
*minas Deo Sacras, sub perpetui anathema-*  
*tis pœna, perturbet, aut laceſſat.* Hoc  
 Decretum consentiente Capitulo Picta-  
 viensi datum est, cui Decanus, ceteri in  
 aliqua Dignitate constituti, & Canoni-  
 ci subscripserunt. Annus appositus est  
 millesimus centesimus sextus. Summi  
 Pontificis Bulla, cujus mentionem facit,  
 vigesima quinta Aprilis eodem anno da-  
 ta, Reverentiam Episcopo secundum Ca-  
 nones debitam disertis verbis salvam *Pœn. Theod.*  
 esse jubet, id est ejusdem Jurisdictione *to. 2. p. 622.*  
 nem, quod ex aliis Bullis huic similibus  
 cognoscimus. In ea fundi quatuor huic  
 monasterio donati nominantur, & hæc  
 fuere Fontis-Eberhardinæ Congregatio-  
 nis principia.

## §. LI.

*Concilium Gastallense.*

Constituerat Paschalis Pontifex in Ger-  
 maniam proficisci, totius Gentis no- *vit. per P. Pi-*  
 mine a Legatis Conventus Moguntini *san. n. 10.*  
 rogatus. Cum igitur itineri se dedisset *Sup. §. 40.*  
 & Florentiam pervenisset, Concilium  
 coegit, in quo ferventer disputatum  
 cum illius urbis Episcopo affirmante, An-  
 tichristum jam natum esse. Sed Quæ-  
 stionis insolentia tantam attraxit multi-  
 tudinem

Sæcul. XII. tudinem populi, hac de re differentem  
 A.C. 1106. audire cupientis, tantusque tumultus ex-  
 ortus, ut nec materia proposita definiri,  
 nec Concilium ad finem perduci potuerit.

Papa cœptum iter profecutus in Lon-  
 gobardiam pervenit, atque Concilium  
 Generale Gastallæ ad Padum die Lunæ  
 to. 10. Conc. vigesima secunda Octobris anno millesimo  
 p. 748. centesimo sexto convocavit. Adfue-  
 re Episcopi, magno numero, tam citra  
 quam ultramontani, plurimi Clerici Lai-  
 cique, Henrici Regis Germaniæ Legati,  
 & ipsa Princeps Mathildis. In eo Con-  
 cilio statutum, ut tota Provincia Æmiliæ  
 cum urbibus suis, scilicet Placentia, Par-  
 ma, Rhegio, Mutina & Bononia non am-  
 plius subjecta esset Metropoli Ravenna-  
 tensi, cui itaque sola provincia Flaminia  
 relicta est. Id vero ideo placuit, ut coer-  
 ceretur superbia & ambitio hujus Eccle-  
 siæ, quæ, jam annis circiter centum Ec-  
 clesiæ Romanæ adversata, non solum  
 ejusdem agros & prædia, sed etiam Se-  
 dem & Auctoritatem, Guiberto Antipa-  
 pæ favens, usurpaverat. In eodem Con-  
 cilio Henricus Rex Dignitatem suam a  
 Papa sibi confirmari per suos petiit, fi-  
 delitatem & obedientiam filialem pro-  
 mittens.

Sub finem Concilii lecta sunt ex Pa-  
 tribus excerpta, de modo illos Ecclesiæ  
 reconciliandi, qui extra Ecclesiam Ca-  
 tholi-

tholicam ordinati fuissent, nempe ex <sup>Sæcul. XII.</sup>  
 Epistola S. Augustini ad Bonifacium, S. <sup>A.C. 1106.</sup>  
 Leonis ad Episcopos Mauritanæ, & ex <sup>Leo ep. 1.</sup>  
 Canone tertio Concilii Carthaginensis. <sup>al. 87.</sup>  
 Tum Decretum sequens conditum est: <sup>Sup. lib.</sup>  
*Per multos jam annos amplissimum Re- <sup>XXV. 6.</sup>  
*gnum Teutonicum ab Apostolicæ Sedis uni- <sup>25.</sup>  
*tate separatum est, ita ut vix pauci Epi-*  
*scopi aut Clerici in tanta terrarum lati-*  
*tudine Catholici reperiantur. Quare cum*  
*Christianæ pacis necessitas exigat, ut ma-*  
*terna Ecclesiæ viscera aperiantur, Patrum*  
*Nostrorum exemplis instructi, Episcopos*  
*illius Regni in Schismate ordinatos recipi-*  
*mus, nisi aut Invasores, aut Simoniaci,*  
*aut alio crimine infames sint. In alio*  
 Decreto dicunt hujus Concilii Patres;  
 sublatis Schismatis auctoribus, Ecclesiam  
 pristinae libertati restitui oportere, at-  
 que ut Schismatis futuri removeretur  
 occasio, iterum prohibetur, ne Laicus  
 Clerico Investituram concedat.**

Præterea in Concilio Gastallensi ad-  
 fuit Legatio Ecclesiæ Augustanæ, adver-  
 sus Episcopum suum Hermannum, quem  
 ab Henrico Imperatore defuncto Episco-  
 patum data pecunia emisse accusabant.  
 Hermannus quidem ab absoluteione gene-  
 rali, quam Richardus Legatus, cum Hen-  
 ricus Imperio cessisset, Schismaticis de-  
 derat, non fuit exclusus, sed ejus causa  
 ad examen nunquam vocata fuerat.  
 Postea



Sæcul. XII. A.C. 1106. Postea vero, Legato Augustam Vindelico-  
 rum divertente, Clerici populusque, querelas contra Hermannum moverunt, Canonice omnibus Episcopum accusantibus. Verum causæ iudicium Papæ reservatum est. Ergo Partes in Concilio Gastallensi, hinc Episcopus, inde Ecclesiæ Augustanæ Legati, comparant, & Legatus Papæ Richardus, quæ acta essent, exponit. Accusatur iterum Episcopus, ipsoque objectum Simonix crimen non satis diluente, una omnium erat Sententia, reum ab Episcopatu esse deponendum, eaque illico pronunciata fuisset, nisi Gebhardus Episcopus Constantiensis suggessisset, potius e re futurum esse, si iudicium in ipsa ejus Ecclesia Augustæ, postquam Papa illuc pervenisset, compleretur. Itaque Episcopus interim suspenditur, & ad iudicandam ejus causam præfigitur terminus, qui deinde ut iterum differretur, Hermannus, quippe solertissimus erat, obtinuit. Paschalis Papa juxta ea, quæ in Concilio Gastallensi statuta fuerant, data epistola ad Gebhardum Episcopum Constantiensem, Odericum Passaviensem, & totam Gentem Teutonicam directâ, nimium illorum zelum reprehendit, qui ex Regione fugere volebant, ut excommunicatos devitarent, illosque ad Communionem Ecclesiæ recipi permisit, qui invitati,

*Pasch.ep.12.*

viti, obsequii debiti, aut domicilii communis necessitate cum excommunicatis communicassent. Atque Gregorii VII. Constitutionem in argumentum adducit.

Sæcul. XII.  
A.C. 1106.  
Sup. lib.  
LXII. §. 51.

## §. LII.

*Bernardus Episcopus Parmensis.*

Gastalla digressus Paschalis Papa Parmam venit, ubi rogatus a civibus Ecclesiam Cathedralē, prius S. Herculano, Patrono suo, Sacram, Sanctæ Virginis honori dedicavit, eamque Ecclesiam soli Sacræ Sedi subiectam declaravit. Ibidem Episcopum ordinavit Bernardum Cardinalem, quem Parmenses, ante biennium ignominiose repulsum, nunc expetebant, eumque Legatum suum constituit. Bernardus ex nobili familia Ubertinorum Florentiæ natus, deinde Institutum monasticum amplexus, primus Abbas S. Salvii Florentiæ, tum Præpositus Generalis Congregationis Vallis umbrosæ, numero septimus, fuit. Eum Urbanus II. Papa Cardinalem Presbyterum Titulo S. Chrysoconi creatum variis Legationibus fungi iussit. Paschalis Papa eundem cum Legati potestate ad Comitissam Mathildem misit, cuius consilio in rebus arduis illa uteretur. Apud Mathildem ergo commorantem non nulli Parmenses pii & Catho-

*Domniz.*  
*Ital. Sacr.*  
*to. 2. p. 181.*

*ibid. p. 215.*

*Domnizo.*

*Hist. Eccles. Tom. XVI. L lici,*

Sæcul. XII.  
A.C. 1106.

Sup. l. LX.  
§. 47.

lici, ad eum rogantque, ut ad urbem ipsorum diverteret, & Schismaticos, qui a tempore Cadalo Antipapæ, olim Episcopi Parmensis, ibi reperiebantur, suo hortatu ad concordiam reduceret. Venit Parmam Bernardus anno millesimo centesimo quarto, ipsa Mathilde suadente, ut iter susciperet. In Festo Assumptionis Sanctæ Virginis Missam solemniter in ejusdem Ecclesia celebrans, de more, recitato Evangelio, pro Concione dixit; verum cum contra Henricum Imperatorem libere declamaret, populus, huic Principi addictus, strictis gladiis in perorantem irruit. Abstrahitur ab Altari, & ex Ecclesia raptatur, ut in carcerem detruderetur. Vasa Sacra, Mathildis, piissimæ Principis, dona, ex Altari auferuntur. At Generosa Mathildis tumultum & Cardinalis periculum per nuncios edocta Parmam cum milite contendit. Illico seditionis auctores consternati Bernardum liberum dimittunt, vasa Sacra restitunt. Quare iisdem Mathildis, Cardinali instantissime rogante, ignovit. Tandem hoc anno millesimo centesimo sexto Parmenses, post obitum Imperatoris, mutata rerum facie, hunc ipsum Bernardum Episcopum sibi dari postularunt.

§. LIII.

## §. LIII.

Sæcul. XII.  
A. C. 1106.*Paschalis Papa in Francia.*

Nihil magis certo futurum esse credebant Germani, quam Summum Pontificem cum Rege nuper electo, omnibusque Regni Proceribus, Moguntiaë Festum Natalis Domini esse celebraturum. Rex postquam aliquamdiu Augusta & in aliis superioris Germaniæ urbibus adventum Papæ expectasset, Festa Natalitia cum Legatis Ratisbonæ transegit. At Papa suorum secutus consilium a proposito abierat, Germanicæ Gentis ferociam pertimescens, quam Veronæ, cum ibi diversaretur, exorta seditione expertus fuerat. Monebant amici, Germanos Decretum de Investitura respicere, & adhuc indomitum esse Juvenis Regis ingenium. Nempe Henricus filius videns, defuncto jam patre suam potentiam firmam consistere, sibi auxilio Papæ haud amplius opus esse intelligebat. His omnibus serio pensatis Papa, ducto suspirio dicere auditus, necdum sibi viam in Germaniam patere, Burgundiam petiit, inde in Franciam transiturus. Causa vero in Franciam proficiscendi erat, quod Papa Ludovicum Principem, cui Regnum destinabatur, & Ecclesiam Gallicanam consulere cuperet, in negotio Investituræ, cum refractarium sibi habe-

*Ab. Ursper.**Suger. vit.**Lud. c. 9.*

Sæcul. XII. ret Henricum Regem, Principem inhu-  
A.C.1107. manum, crudelem tyrannum parentis  
 sui, quem carcere detentum ad Regnum  
 sibi & Insignia Imperii reddenda compu-  
 lisse diceretur. Hæc sunt verba Sugerii  
 Abbatis, illius ævi Scriptoris. Quare  
 Romæ statutum fuerat, quod ob perfidi-  
 am Romanorum, quorum fides facili  
 negotio corrumpi posset, tutius in Fran-  
 cia de his quæstionibus deliberandum es-  
 set. Ita Papa Cluniacum venit, Episco-  
 pis, Cardinalibus, & Nobilibus Romanis  
 comitantibus, ubi Festo Natalis Domini,  
 anno millesimo centesimo sexto, celebra-  
 to, inde Charitatum digressus Eccle-  
 siam solemnem pompa, multis Archiepisco-  
 pis, Episcopis, Abbatibus & Monachis assi-  
 stentibus, consecravit. Ibi ad Papam per-  
 venerunt præcipui Optimates Regni Fran-  
 corum, ac inter alios Comes Rupiforten-  
 sis Supremæ Regis Curia Præfectus, a  
 Rege missus, ut ipsius nomine Papam  
 tanquam Patrem suum Spiritualem,  
 quamcunque Regni civitatem intraret,  
 obsequii causa comitaretur.

Paschalis Papa in Ecclesia S. Martini  
 Turonensis Dominicam *Letare*, quartam  
 Quadragesimæ, hoc anno millesimo cen-  
 tesimo septimo in diem vigesimam quar-  
 tam Martii incidentem, celebrans Tia-  
 ram Papalem more Romano portabat.  
 Ad S. Dionysium in Francia deinde venit,  
 ab

ab Adamo Abbate honore, qui Summo Pontifici conveniebat, exceptus. *Memoratu autem dignum illud est*, addit Sugerius, testis præsens, *quod contra Romanorum morem nec aurum, nec argentum, nec gemmas illius Monasterii sibi expetierit* (id enim timuerant monachi) *& nec quidem intueri voluerit. Ante Sacras Reliquias pulcherrimo humilitatis exemplo procubuit, obortis lacrymis orans. Tum petiit sibi dari particulam vestium Episcopaliū S. Dionysii, ejusdem sanguine tinctam, dicens: nolite gravari, nobis restituere minimam partem vestimenti illius viri, quem olim vobis Apostolum gratis misimus.*

Summo Pontifici, ad S. Dionysium commoranti, Philippus Rex & Ludovicus Princeps, filius ejus, occurrentes ad ejus pedes provolvuntur. Papa supposita manu ambos levavit, moxque cum iisdem de negotiis Ecclesiæ familiariter consultare cœpit. Tenero affectu rogabat, ne unquam Ecclesiam Matrem suam destituerent, memores, quam gloriosum exemplum ipsis Carolus Magnus, aliique Reges Antecessores ipsorum reliquissent, Tyrannis, Ecclesiæ hostibus & nominatim Henrico Regi fortiter resisterent. Ambo Reges (nam jam tunc Ludovicus Princeps eo titulo decorabatur) amicitiam, auxilium, & consilium pollicebantur,

Sæcul. XII. tur, totum Regnum Pontificis obsequio  
 A.C. 1107. offerebant. Tum Catalaunum ad Ma-  
 tronam amnem, ut cum Legatis Regis  
 Germaniæ conferret, iturum Pontificem  
 Archiepiscopos, Episcopos & Abbatem  
 S. Dionysii, quem Sugerius sequebatur,  
 comitari jubent.

Catalauni Papa aliquamdiu Henrici  
 Regis Legatos expectavit, qui, postquam  
 advenerunt, ad Hospitium S. Mengini  
 deducti sunt. Erant vero hi Legati, Ar-  
 chiepiscopus Trevirensis, Episcopus Hal-  
 berstadiensis, Episcopus Monasteriensis,  
 complures Comites & Dux Welpho,  
 qui semper sibi, quocunque procederet,  
 gladium præferri jubebat, vir alta &  
 procera statura, atque elatæ vocis stre-  
 pitu, a fragore tonitruï haud multum  
 abhorrente, intuentibus & audientibus  
 terribilis. Hi omnes, Legatorum pote-  
 state muniti, potius ad incutiendum ter-  
 rorem quam ad deliberandum venisse  
 videbantur.

## §. LIV.

*Collatio Catalaunensis.*

Itaque Legati Germani, Alberto Can-  
 cellario, in quo Imperator maximam  
 posuerat fiduciam, domi relicto, magno  
 numero & pompa ad Summi Pontificis  
 ædes se conferunt. Archiepiscopus Tre-  
 virensis eloquentia morumque elegantia  
 &

& urbanitate ceteris præstans ac linguæ Sæcul. XII.  
 Francorum gnarus, profatus, Papam A.C. 1107.  
 Proceresque Romanos salutat, & nomine Imperatoris omnis generis obsequia offert, salvo ejusdem ad Imperium Jure. Tum subjunxit: *Causæ Imperatoris, Domini Nostri, ad quam defendendam missi sumus, hæc est ratio. A tempore Majorum nostrorum, virorum Sanctorum & Apostolicorum, S. Gregorii Magni, aliorumque Jus Imperatoris erat, ut priusquam Electio Episcopi promulgaretur, res ad ejus notitiam deferretur. Si nulla esset causa contra Electum reclamandi, consentiebat Princeps, tumque electio a Clericis peracta, poscente populo, palam fiebat. Rursusque postquam Electus libere & sine Simonie vitio consecratus fuisset, redibat ad Imperatorem, a quo Investituram REGALIAM per Baculi & Annuli traditionem accipiebat, fidem jurabat & homagium præstabat. Nec istud cuiquam mirum videri debet, quia Episcopum nequam alio modo urbes & Arces, vectigalia, pluraque alia jura, quæ ad Majestatem Cæsaream pertinent, possidere oportet. Si hunc morem Papa hodieque servari concedat, Reipublicæ & Ecclesiæ concordia & pax felici nexu ad Dei Immortalis Gloriam conservabitur. Quæ hic Regalia dicuntur, sunt Bona temporalia & Jura Ecclesiæ ex concessione Principum collata.*



Sæculum XI. Archiepiscopo hæc prolocuto, Epi-  
 scopus Placentinus nomine Pontificis re-  
 spondit in hunc modum: *Ecclesiam pre-*  
A. C. 1107. *tioso Jesu Christi Sanguine redemptam,*  
*& in libertatem assertam non amplius in*  
*servitutum redigi decet. Esset vero man-*  
*cipium Principis, si eo inconsulto Præs-*  
*ulem sibi eligere non posset. Contumelia*  
*Deo inferatur, si Princeps Investituram*  
*det per Virgam & Annulum, quæ sunt*  
*Insignia Sacerdotis, ad aram Sacris operan-*  
*tis, & Præsules unctionis suæ Sacramen-*  
*tum profanant, si manus suas contrecta-*  
*tione Corporis & Sanguinis Domini No-*  
*stri consecratas, Laici manibus, quas gla-*  
*dus humano cruore infecit. Necdum ora-*  
*tionem Placentinus imposuerat, cum*  
*Legatorum Germanorum furiose mur-*  
*murantium strepitus exoritur; sed nec*  
*jurgia distulissent, aut manus continuis-*  
*sent, si id impune licuisset. Dicebant*  
*vero; hanc litem non in Francia sed Ro-*  
*mæ strictis gladiis dirimendam esse. At*  
*Papa exploratæ fidei & prudentiæ viros*  
*misit, qui moderate cum Cancellario*  
*conferrent, rogarentque, ut ad pacem in*  
*Regno conservandam adlaboraret. In*  
*hunc modum Sugerius acta in Conventu*  
*Catalaunensi narrat. Aliquis Scripto-*  
*rum Germanorum adjicit, Henricum no-*  
*luisse tanti momenti causam in Regno*  
*alterius decidi, & obtinuisse inducias to-*  
 to

Ab. Ursper.

to anno sequente, quo elapso Romam Sæcul. XII.  
 iret, ubi negotium in Concilio generali A.C. 1107.  
 conficeretur.

§. LV.

*Concilium Trecense.*

Germanis ad sua reversis Paschalis Pa-  
 pa ad urbem Trecensem venit, Con- to. 10. Conc.  
 cilium celebraturus, quod eo potissimum p. 734.  
 consilio, ad diem vigesimam tertiam Maji  
 anno millesimo centesimo septimo indi-  
 xerat, ut Fideles ad iter in Terram San-  
 ctam suscipiendum incitaret, & Treugam  
 Sacram firmaret. Hinc illi, qui eam vio-  
 larent, & inprimis Bonorum Ecclesiasti-  
 corum invasores, excommunicati. Item  
 prohibitum, ne in ullo bello ædes incen-  
 derentur, nec oves aut agni raperentur.  
 Quod de bellis privatorum hominum ac-  
 cipiendum esse puto. Libertas Electio-  
 nis Episcoporum reducta, & damnata In-  
 vestitura. Complures Episcopi Germa-  
 niæ ab Officio ob varias causas suspensi.

Summo Pontifice & Episcopis in Conci-  
 lio Trecensi congregatis, Clerici Ecclesiæ  
 Dolensis in Britannia Legatos ad Papam  
 miserunt, qui ipso præsentente Vulegrinum  
 Ecclesiæ Carnotensis Cancellarium Epi-  
 scopum elegerunt, consensitque Ponti-  
 fex, Vulegrino, qui & ipse aderat, frustra  
 repugnante. Cum præterea Vulegrinus,  
 data ad Ivonem Episcopum suum episto-

L 5 la,

Sæcul. XII. la, hac de re vehementer conquestus es-  
 A C. 1107. set, is Papæ scripsit in hæc verba: *Quam-*

*Iv. ep. 176. quam Vulegrinum & literæ & boni mores  
 commendant, plura tamen affert, quibus  
 se ad Episcopatum non esse idoneum affir-*

*Lib. 12. Cod. de nupt. non potius pati vellet, quam onus Episcopale  
 hac nostra ætate subire. Scis, Legibus ci-*

*vilibus cautum esse, ne filiusfamilias invi-  
 tus ad nuptias compellatur. Quanto ma-  
 gis consensus Sponsi, qui Ecclesiæ datur,  
 necessarius est? quid boni faciet, ad tan-  
 tum onus ferendum coactus? Itaque rogo  
 te, genibus flexis, ne tua auctoritate no-  
 lenti vim inferas. Nam ego viri hujus  
 salutem, quantum possum, consulere teneor,  
 quia parvulum e fonte Baptismi levavi.*

*ep. 178.*

Cumque Clerici Dolenses quoque Ivoni  
 Carnotensi scripsissent, rogantes, ut Vule-  
 grinum ad recipiendam Dignitatem co-  
 geret, respondit, istud neutiquam in sua  
 potestate esse, subjungens: solius Papæ  
 est Episcopos invitos Ecclesiæ dare; qua-  
 re fratrem meum ad suscipiendum Epi-  
 scopatum, nisi prius a Papa compulsus  
 fuero, non compellam.

*Pœnit. Theo.  
 to. 2. p. 536.*

Paschalis Papa, citra montes commo-  
 rans, litem finiit, tamdiu inter Guido-  
 nem Archiepiscopum Viennensem & Hu-  
 gonem Episcopum Gratianopolitanum ob  
 Territorium Salmoriacense agitatum, par-  
 titione inter ambas Ecclesias statuta. Ini-  
 tum

tum est hoc Pactum Lugduni vigesima Sæcul. XII.  
 nona Januarii Episcopis Albanensi, Pla- A.C. 1107.  
 centino, Aniciensi, Vivariensi, Gene-  
 vensi, Valentinesi & Mauriensi præsen-  
 tibus; sed Bulla demum secunda die Au-  
 gusti hoc anno millesimo centesimo se-  
 ptimo, Indictione decima quinta data  
 est. Soluta Concilio Trecensi Papa in Ab. Ursper.  
 Italiam commodo itinere reversus, Ro-  
 mæ ingenti omnium lætitia excipitur.

## §. LVI.

*Concilium Londinense.*

Quamquam Rex Angliæ Comitia ad  
 Festum Paschatis, quod hoc anno  
 millesimo centesimo septimo in diem de-  
 cimam quartam Aprilis incidebat, con-  
 vocasset, illas tamen Constitutiones, Edm. 4. No-  
 quas circa Ecclesias meditabatur, edere vor.  
 distulit, usque ad Festum Pentecostes,  
 quia cum Papa ab ipso petiisset, ut Gui-  
 lielmum Varelvastum & Balduinum Mo-  
 nachum mitteret, Concilio Trecensi in-  
 terfuturos, ab iisdem redeuntibus quid-  
 quam novi de mente Pontificis edoceri  
 sperabat. Interim autem Anselmo Ar-  
 chiepiscopo gravi morbo correpto in illo  
 temporis spatio, quod inter Pascha &  
 Pentecosten fuit, Concilium, illo Festo  
 celebrandum, ad diem primam Augusti  
 dilatatum est. Inter hæc Anselmo Ponti-  
 ficis literæ redduntur, in quibus ei licen-  
 tiam Pasch. ep.  
 102.

Sæcul. XII. tiam dabat, Presbyterorum filii Sacros  
A.C. 1107. Ordines conferendi, si scientia & virtu-  
 te præditi essent, cum permulti in An-  
 glia hujusmodi natalium macula nota-  
 rentur. Quod tamen Papa ob tempo-  
 rum illorum iniquitatem & Ecclesiæ uti-  
 litatem, salva in futurum Disciplina, con-  
 cedebat. Tum Anselmo potestatem fa-  
 ciebat, quotiescunque videretur, ob si-  
 miles causas in legibus Ecclesiasticis, pro  
 Nationis illius barbarie, dispensandi. Ita  
 Pontificis verba sonant.

Mense Augusto ineunte Episcoporum  
 Optimatumque Concilium Londini in  
 Palatio Regis celebratur, & totum tri-  
 dum a Rege & Episcopis discutiendo  
 quæstionem de Investitura consumitur.  
 Aliqua Episcoporum pars contendebat;  
 daret Rex Investituram eo more, quem  
 a Patre & Fratre Antecessoribus suis ac-  
 cepisset, sed vicit pars altera; tenendum  
 esse, quod Papa præscripsisset, qui con-  
 sensisset Homagium præstari Regi, antea  
 ab Urbano II. vetitum, & solummodo In-  
 vestituram prohibuisset. Tum Rex pu-  
 blice & Anselmo præsentem huic Constitu-  
 tionem se submitit, & legem edidit, ne de-  
 inceps Clerici quicumque in Anglia In-  
 vestituram Episcopatus aut Abbatix per  
 pedum & anulum de manu Regis vel  
 cujuscunque Laici acciperent. Contra  
 Anselmus declaravit, nulli Præsuli electo  
 ideo

ideo Ordinationem denegandam esse, Sæcul. XII.  
 quod Regi Homagium jurasset. Rebus A.C. 1107.  
 ita compositis, Rex Anselmo & Proceri-  
 bus suadentibus obsequens, Ecclesiis An-  
 gliæ, quæ prope omnes vacabant, Pasto-  
 res dedit, nulla collata Investitura. Non  
 nullis Ecclesiis in Normannia quoque Epi-  
 scopos præfecit. (\*)

Inter ista cœpit Anselmus coram Re-  
 ge Regnique Episcopis atque Principibus  
 exigere a Gerardo Archiepiscopo Eborac-  
 ensi Subjectionis professionem, quam  
 ipsi, ex quo ab Episcopatu Herefordensi  
 ad Archiepiscopatum Eboracensem trans-  
 latus fuerat, necdum edidisset. Cum vero  
 Rex dixisset, sibi quidem non videri ne-  
 cesse esse, ut professioni, quam Ordina-  
 tionis suæ tempore edidisset, aliam super-  
 adderet, Anselmus tunc quidem Regis  
 verbis acquievit ea solum addita condi-  
 tione, ut sibi Gerardus stipulata manu  
 pro-

(\*) Hic observandum, quod Anglia post tur-  
 turbas & jurgia hanc pacem inter Regnum & Sa-  
 cerdotium singulari S. Anselmi prudentiæ in ac-  
 ceptis referat. Nec dubitandum, quin istud Mo-  
 derationis exemplum norma fuerit celeberrimæ  
 illius Transactionis, quæ deinde anno mille-  
 simo centesimo vigesimo secundo sub Callisto II.  
 Pontifice & Henrico V. Imperatore secuta, Ec-  
 clesiæ universali & Romano Imperio in causa  
 Investituræ concordiam attulit.

Sæcul. XII. promitteret, se eandem obedientiam ei  
A.C. 1107. in Archiepiscopatu præstiturum esse,  
 quam in Episcopatu professus fuisset.  
 Exinde qui ad Episcopatum electi erant,  
 Cantuariam venerunt, ibique in Domi-  
 ca, die undecima Augusti ab Anselmo,  
 assistentibus ejus Suffraganeis, ordinati  
 sunt. Erant vero hi Neo-electi Episcopi  
 numero quinque, inter quos memoratu  
 maxime dignus, Guilielmus Varelvastus,  
 Episcopus Exoniensis ordinatus. Ansel-  
 mus, data ad Papam epistola, certio-  
 rem faciebat, Regem Angliæ jure Investiendi  
 Præsules cessisse, nec jam temere & suo  
 arbitrio, sed ex consilio virorum, quo-  
 rum perspecta omnibus pietas esset, re-  
 gi. Memorat etiam, quam utilem ope-  
 ram Robertus Comes Melanchinus \*, cu-  
 jus consiliis Rex adsueverat, in hac cau-  
 sa Ecclesiæ præstiterit.

\* Meulan.

§. LVII.

*Daimberti obitus. Gibellinus Patriar-  
 cha Jerosolymitanus.*

Jam annis plus duobus Daimbertus Pa-  
 triarcha Jerosolymitanus cum Pascha-  
 to. 10. Conc. li Papa versabatur, qui eum retinebat,  
 p. 712. ex expectans adventum illorum, qui forsitan  
 Guil. Tyr. se purgarent, quod Patriarcham e Sede  
 XI. c. 4. sua amovissent. Sed nemine ipsum ac-  
 cusante, cum constaret, nullam eum de-  
 pellendi causam fuisse, quam violentum  
 Regis

Regis imperium, ad Ecclesiam suam re-  
mittitur, cum Papæ literis, in quibus te-  
statur, Daimbertum Sacræ Sedis gra-  
tia dignum esse. Ipse Jerosolymam re-  
diturus in Siciliam trajecit, ubi cum op-  
portunam navigationi tempestatem ex-  
pectat, morbo corripitur, & e vita exce-  
dit, vigesima septima Junii, hoc anno mil-  
lesimo centesimo septimo, postquam le-  
gitimus Patriarcha Jerosolymitanus in  
quieta possessione annis quatuor & tri-  
bus in exilio fuisset. Ebreminus in Daim-  
berti Sedem intrusus, cum comperisset,  
ipsum auctoritate Summi Pontificis mu-  
nitum redire, nescius, eundem in Sicilia  
spiritum exhalasse, Romam ire consti-  
tuit, ut se apud Pontificem excusaret, &  
ostenderet, se invitum in Sede Jeroso-  
lymitana fuisse collocatum. Postquam  
vero Romam pervenit, nihil aliud impe-  
trare potuit, quam ut cum ipso Jerosoly-  
mam redeunte Legatus mitteretur, qui  
in ipsa Civitate ampliorem hujus causæ  
cognitionem caperet.

Igitur Jerosolymam missus est Gibel-  
linus Archiepiscopus Arelatensis, vir senili  
ætate, qui postquam in Sanctam Civita-  
tem pervenisset, convocato Episcoporum  
illius Regni Concilio, & Ebremari causa  
accurate discussa, ex testibus omni ex-  
ceptione majoribus intellexit, Daimber-  
tum absque causa legitima, ab Arnulphi  
factione

Sæcul. XII.

A. C. 1107.



Sæcul. XII. A.C. 1107. factione & Rege irato fuisse pulsum, Ebre-  
 marum vero Sedem Episcopi viventis, &  
 Ecclesiastica Communione fruētis usur-  
 passe. Quare Sacræ Sedis Auctoritate  
 eum a Patriarchatu deposuit; quia au-  
 tem de cetero Ebremarum virum simpli-  
 cem & pium esse constabat, eundem Ec-  
 clesiæ Casariensi tunc vacanti præfecit.  
 Cum deinde Clerici populusque electio-  
 ne alterius Patriarchæ Jerosolymitani  
 contenderent, die ad hoc negotium, pro  
 more antiquo pertractandum, præstituta,  
 post longam deliberationem, omnes tan-  
 dem Gibellinum Legatum elegerunt, &  
 in Sede Patriarchali collocarunt. Non  
 defuerunt, qui dicerent, istud quoque  
 Arnulphi artibus effectum, ut in hac Ca-  
 thedra Senecio subrogaretur, qui per  
 atatem diu vivere non posset. Gibelli-  
 nus tamen Ecclesiam Jerosolymitanam  
 annis quinque rexit.

## §. LVIII.

*Ecclesiæ Jerosolymitanæ Jurisdictio.*

*Guil. Tyr. lib. XI. c. 28. Pasch. P. ep. 18.* **G**ibellino sedente, Balduinus Rex, for-  
 san Clericis id consilium suggeren-  
 tibus, Romam Legatos misit, qui pete-  
 rent, ut omnes urbes & provinciæ,  
 quas potestati Infidelium eriperet, Ju-  
 risdictioni Ecclesiæ Jerosolymitanæ sub-  
 jicerentur. Idque ei Paschalis Papa  
 concessit, data Bulla, in qua dicit: *Ec-  
 clesia*

clesiarum, quæ in vestris partibus sunt, Sæcul. XII.  
 diutina Infidelium possessio confudit. A.C. 1107. Cum  
 itaque certos ejus fines assignare nequeamus, tuis precibus duximus annuendum, ut quia ad Ecclesiam Jerosolymitanam ex Barbarorum unguibus liberandam generosum pectus tuum extremis periculis obicere non horruisti, quascunque Infidelium urbes cepisti, vel deinceps ceperis, ejusdem Ecclesiæ Regimini Dignitatique subjaçant, & earundem Episcopi Patriarchæ, tanquam proprio Metropolitanò, obediant. Alteram Bullam Papa ad Gibellinum Patriarcham direxit, in qua eandem potestatem ipsi ejusque Successoribus concedit. ep. 19.

At Bernardus, Patriarcha Antiochenus Latinus, cum cognosceret, quantum istud privilegium Jerosolymitanæ Ecclesiæ datum Sedi suæ noceret, missis Romam Nunciis querelas ad Papam deferri jussit. (\*) Qui, ut injuriæ impatientem mitigaret, data Epistola Sedem Antiochenam dilaudat, quam S. Petri præsentia prius quam Romanam illustrasset, & addit: ep. 20.

(\*) Bernardus Patriarcha Antiochenus Latinus subrogatus fuerat Joanni Patriarchæ Græci Ritus, sponte discedenti, quod intelligeret, se Episcopum Græcum Fidelibus Latini Ritus fatis prodesse non posse. Ut supra Lib. LXIV. §. 58.

*Hist. Eccles. Tom. XVI. M me*

Sæcul. XII. dit: *Si quid ergo vel Antiochenæ vel Je-*  
A.C. 1108. *rosolymitanæ Ecclesiæ aliter fortasse quam*  
*oportuit de Parochiarum finibus scripsi-*  
*mus, id nec levitati nec malitiæ adscriben-*  
*dum est, nec propterea scandalum excitan-*  
*dum, quoniam maxima locorum distan-*  
*tia & antiquorum nominum commuta-*  
*tio, quæ civitatibus vel provinciis accidit,*  
*non modicam nobis ambiguitatem vel*  
*ignorantiam attulerunt. Ceterum ex-*  
*optamus suum Jus & honorem quibuscun-*  
*que Ecclesiis conservare. Hic dispicimus,*  
*negotia remotarum Regionum, causa*  
*non satis cognita, curare velle, rem esse*  
*maximo errandi periculo obnoxiam.*

## §. LIX.

*Ecclesia Anglicana.*

**I**n Anglia incontinentes Clerici satis  
 coerceri non poterant; complures  
 enim Presbyteri mulieres domi retine-  
 bant, alii concubinas falsa matrimonii  
 specie ducebant. Quibus malis ut me-  
 deretur Rex, cum Festum Pentecostes,  
 quod anno millesimo centesimo octavo  
 in diem vigesimam quartam Maji incide-  
 bat,

*Edmer. 4.*  
*Nov. n. 43.*

---

meminimus. Sed quæri merito posset, an non  
 ad conservandam & propagandam apud Græ-  
 cos veram fidem expeditisset, Græcorum Ritum  
 non tollere in Ecclesiis, quæ illum a principio  
 amplexæ huc usque retinuerant?

bat, celebraret, Londini Principes & Episcopus, quorum caput erat Anselmus, & Thomam electum Archiepiscopum Eboracensem (nam Girardus, ad hæc Comitia veniens, in itinere morte occupatus fuerat) convocavit. In eo Conventu decem Canones conditi, in quibus præter alia statuuntur sequentia. Presbyteri, qui post Interdictum Londinensis Concilii (nempe anno millesimo centesimo secundo celebrati) Missam celebrare voluerint, feminas ita dimittant, ut iis nunquam amplius colloquantur, nisi extra domos & duobus testibus præsentibus. Si malint Ministerium Altaris dimittere quam mulieres, ab omni officio remoti, & omni Beneficio Ecclesiastico privati, perpetua notentur infamia. Archidiaconi & Decani jurent, quod non sint toleraturi, Presbyteros concubinam habentes officio suo fungi. Presbyteri vero, qui relictis mulieribus Deo & Sacris Altaribus servire elegerint, quadraginta dies Interdicto subjaceant, injuncta eis pœnitentia. Omnia mobilia lapsorum posthac Presbyterorum, aliorumve Clericorum, & ipsæ Concubinæ cum rebus suis, tradantur Episcopis.

Sub idem tempus negotium agitari cœpit de nova Cathedra Episcopali erigenda in Diœcesi Lincolnensi, quæ nimia amplitudine laborabat, placebatque

M 2 Regi,

Sæcul. XII.

A. C. 1108.

to. 10. Cons.

p. 716.

c. 2.

c. 3.

c. 5.

c. 8.

c. 9.

c. 10.

Seculum XI. Regi, Archiepiscopo & Proceribus no-  
 A.C. 1108. vam Sedem in Abbatia Æliensi ponere.

2.44.

Tunc vero Anselmus, ut refert Eadme-  
 rus, cum sciret, novum Episcopatum si-  
 ne Papæ auctoritate condi non posse, da-  
 ta ad Paschalem II. Epistola, hujus rei  
 causas edocuit, atque consentire Regem,  
 Episcopos, Principes, & imprimis Episco-  
 pum Lincolniensem, cui aliunde damnum  
 præstaretur. Pontifex, ut id fieret, con-  
 cessit; res vero non prius, quam Ansel-  
 mus migravisset ad Dominum, executio-  
 ni data.

Inter hæc cum Turgotus, monachus  
 Dunelmensis, Episcopus S. Andreæ in Sco-  
 tia fuisset electus, & a Thoma, Archiepi-  
 scopo Eboracensi, Metropolita suo, nec-  
 dum ordinato, consecrari non posset,  
 Episcopus Dunelmensis se se obtulit ad  
 consecrandum Turgotum Eboraci, Tho-  
 ma, Episcopis Scotiæ, ac Insularum Or-  
 cadum, præsentibus; verum reclamavit  
 Anselmus, affirmans, stantibus his adjun-  
 ctis Turgotum a nemine nisi a se ordina-  
 ri oportere. Thomam deinde urgebat,  
 ut ordinari vellet, & comperto, quod de  
 suis quemquam Romam misisset, ad ob-  
 tinendum Pallium ante consecrationem,  
 Anselmus Papam, datis literis, rogavit,  
 ne Pallium ei concederet, priusquam fu-  
 isset ordinatus, *putaret enim*, subjungit  
 Anselmus, *accepto prius Pallio, se mihi*  
 tantum

*tanquam Primati non esse subjectum, quæ res in Anglia Schismatis occasio esse posset.*

Sæcul. XII.  
A.C. 1108.

His adjicit: *Conqueritur Rex noster, quod Regem Germaniæ Investituram Ecclesiarum dare patiaris, nec tamen in eum excommunicationis censura animadvertas, minaturque, se quoque eodem jure iterum uti velle. Vide ergo sine mora, quid tibi faciendum sit, ne quod feliciter ædificasti in perpetuum destruas. Nam Rex noster accurate edoceri vult, quid de illo Principe statuas.*

Dato Responso, Papa Anselmo promisit, nihil se, quod jura Ecclesiæ Cantuariensis lædere posset, facturum. Tum subjungit: *Quod vero dicas, scandalo esse quibusdam, quod Regem Teutonicum Investituras dare dissimulemus, nec tolerasse nos aliquando nec dissimulaturos esse scias. Expectamus quidem, ut ferocia illius Gentis edometur; Rex vero, si in paternæ nequitia tramite perseveraverit, Beati Petri gladium, quem jam educere capimus, procul dubio experietur.* Data est hæc epistola duodecima Octobris, Beneventi, quo Papa concesserat, ut Concilium celebraret. In eo Laicos iterum excommunicavit, qui Beneficia Ecclesiastica conferrent, illosque, qui talia de eorum manibus acciperent. Clericos vetuit, pretiose vestitos, & more Sæcularium cultos, incedere.

Pasch. P. epist.  
43.

Chron. Cass.  
6. 33.

Sæcul. XII.  
A. C. 1108.

§. LX.

Mors Philippi. Ludovicus Crassus Rex  
Franciae.

In Francia Philippus Rex fatis functus  
*Orderic. lib. XI. p. 836.* est, anno millesimo centesimo octavo,  
*Sug. vit.* die Mercurii, vigesima nona Julii, annos  
*Lud. c. 12.* natus quinquaginta quinque, postquam  
 annis quadraginta novem imperasset.  
 Animam efflavit Meloduni, atque ut ius-  
 serat in Monasterio S. Benedicti ad Lige-  
 rim sepultus est. (\*) Ludovicus defun-  
 cti filius, jam ante Rex proclamatus, mo-  
 rienti adstitit, cumque exequiæ duce-  
 rentur

(\*) Ad Regis Philippi obitum Natalis Alexan-  
 der in Hist. Eccles. Sæc. XI. notat, quod sequi-  
 tur. *Urbanus II. in Claromontana Synodo de  
 Sententia Patrum Philippum Regem & Bertra-  
 dam pellicem excommunicavit, ut Bertoldus, Si-  
 gebertus, Wilhelmus Malmesburiensis lib. IV.  
 c. II. referunt. Addit Wilhelmus eodem ana-  
 themate confixos omnes, qui eum vel Regem vel  
 Dominum suum vocarent, & ei obedirent. At  
 falsum esse illud Wilhelmi ad Historiam istam  
 additamentum, suadet aliorum Auctorum silen-  
 tium, & summa tunc temporis Galliae pax, quam  
 hujusmodi sententia turbatam non fuisse, siqui-  
 dem in Regem lata fuisset, incredibile est.*

Et paulo infra: *Chronicon Fuxense testatur  
 morem consignandi Philippi I. annos in publi-  
 cis*

rentur, pompam auxit cum tribus Epi-  
scopis, Galono Parisiensi, Huberto Silva-  
nectensi, Joanne Aurelianensi, & Adamo S. Dionysii Abbate. Cum Ludovici Regis amici scirent, non nullos Principes, cujus insolentiam represserat, ei esse insensissimos, statuerunt, ipsum, omni mora abjecta, esse inaugurandum, cujus consilii præcipue auctor erat Ivo Carnotensis, vir doctrina & ætate maxime spectabilis. Hunc in finem Daimbertus Archiepiscopus Senonensis cum suis Suffraganeis, Galono Parisiensi, Manasse Meldensi, Joanne Aurelianensi, Ivone Carnotensi, Hugone Nivernensi, Humbaldo Antissiodorensi, venire rogatur. Tum Dominica, die secunda Augusti, Archi-  
M 4 episco-

*cis Instrumentis interruptum fuisse, quamdiu sub excommunicatione jacuit, tuncque scriptum non fuisse regnante Philippo, sed regnante Christo. At unus id asserit obscurus & imperitus Auctor, quem falsi convincit, vir inter Heterodoxos eruditus David Blondellus, in Diatriba de Formula Regnante Christo. cap. XIX. ex veterum Chartarum fide post Annum millesimum nonagesimum quartum, quo primum Excommunicatio in Philippum lata est, in Synodo Augustodunensi die decima tertia Octobris scriptarum. His enim omnibus, anni Philippi Regis consignantur, vel hæc legitur Formula: Regnante Philippo Francorum Rege.*



Sæculum XI. episcopus inter Missæ Solemnia Ludovi-  
A.C. 1108. cum consecrat, detracto Equitum gla-  
 dio, ense, quo Reges accingi consueve-  
 rant, ornat, capiti coronam imponit, Sce-  
 ptrum, Virgam, ceteraque Regiæ Maje-  
 statis insignia tradit. Vix autem per-  
 actis cæremoniis, & Rege necdum tra-  
 bea exuto, adsunt Legati Ecclesiæ Re-  
 mensis cum epistolis, quibus contra Regis  
 consecrationem reclamabant, & Pontifi-  
 cis Romani nomine hanc differri unctio-  
 nem prohibebant. Nam jus Regem primo  
 coronandi soli Ecclesiæ Remensi esse aje-  
 bant, quam prærogativam Clodoveus  
 primus Rex Francorum, a S. Remigio  
 baptizatus concessisset.

§. LXI.

*Rudolphus viridis Archiepiscopus Re-  
 mensis.*

In Cathedra Remensi illa tempestate se-  
 debat Rudolphus, seu Radulphus, an-  
 tea ejusdem Ecclesiæ Præpositus, vir  
 optime meritis & S. Brunonis amicus.  
 Nam Manasse II. Archiepiscopo vita fun-  
 cto, decima nona Septembris, anno mil-  
 lesimo centesimo sexto, Rudolphum una  
 pars Clericorum populique elegerat, al-  
 tera vero, Regi magis addicta, ut ipsi ve-  
 lificaretur, Gervasio Archidiacono, Hu-  
 gonis Comitis Reteliensis filio, suffraga-  
 batur. At Paschalis Papa tunc temporis  
 Re-

*Sup. lib.  
 LXIII. §.  
 50.  
 Marlot. l. II.  
 c. 22.*

Remense Concilium celebrans, Electio- Sæculum XI.  
 ne Gervasii rejecta, Rudolphum, Archi- A.C. 1108.  
 episcopum Remensem, ordinavit, non  
 expectato Regis consensu, & quia Ger-  
 vasii fautores, Principis auctoritate mu-  
 niti, Rudolphum a capienda possessione  
 arcebant, Papa nihilominus eum tuitus  
 est, & urbem Remensem Interdicto con-  
 strinxit.

Hæc erat rerum facies, cum Rex Phi-  
 lippus mortuus est; tunc enim qui Ru-  
 dolpho adhærebant, nuncios Aureliam  
 miserunt, qui unctiōni Regis adversaren-  
 tur, sperantes sic Ludovicum ad Rudol-  
 phum Archiepiscopum recipiendum compelli,  
 aut saltem ejus coronationem sus-  
 flaminari posse. Cum autem sero ve-  
 nissent, re infecta recedere coacti sunt.  
 Ludovicus, tunc annum ætatis nume-  
 rans vigesimum septimum, Regno Fran-  
 ciæ annis viginti novem præfuit, eique  
 ob molem corporis Crasso nomen obti-  
 git. Ceterum hujus nominis Sextus di-  
 citur, si series Regum a Ludovico Pio  
 repetatur.

Ivo Carnotensis Præsul, ut defende-  
 ret, Unctiōnem Regis Aureliæ jure fuisse  
 peractam, Apologiam edidit, ad Ec-  
 clesiam Romanam, omnesque alias, ad  
 quas Clericorum Remensium querelæ  
 pervenissent, directam, in qua asserit,  
 Episcopos, qui Regem Aureliæ inaugu-  
 rassent,

Sæcul. XII.

A.C. 1108.De Unctione  
Regum Fran-  
ciæ.Lib. 5. c. 39.  
41. 42.

rasset, nec contra rationem, nec contra  
 consuetudinem, nec contra legem pec-  
 casse. *Si enim ratione & argumentis  
 decertandum est, inquit, ille utique conse-  
 crandus erat, cui jure hereditario Regnum  
 competebat, & quem communis consensus  
 Episcoporum & Procerum jam pridem  
 elegerat. Sicut vero, quando opportu-  
 nitas se offert, Provincia Belgica Regem  
 suum creat & consecrat, quamvis etiam  
 in aliis provinciis regnaturus sit, idem  
 Jus est provinciis Celtica & Aquitanica,  
 quæ Belgica nihil debent, quo Regem suum  
 eligant, etiam in Belgica imperaturum.*  
 Ad exempla præteritorum temporum  
 transiens Ivo, primum refert filiorum  
 Clotarii Senioris; quorum alter Parisiis,  
 alter Aureliæ residebat, & neuter vel Be-  
 nedictionem vel coronam ab Archiepi-  
 scopo Remensi accipiebat. Ex secunda  
 Stirpe commemorat Ludovicum Ludo-  
 vici Balbi filium, in Abbatia Ferrariensi  
 coronatum, Odonem, a Gualterio Archi-  
 episcopo Senonensi unctum, Rudolphum  
 Sueffione, Ludovicum Ultramarinum  
 Lauduni, consecratos. Ex tertia Stirpe  
 refert, Robertum Aureliæ, & Hugonem  
 ejus filium Compendii fuisse inaugura-  
 tos. Gesta Francorum, ex quo libro se-  
 cundæ Stirpis exempla affert Ivo, sunt  
 illud Opus, quod nos Continuationem  
 Aimoini dicimus. Ivo deinde ostendit,  
 quod

quod rebus ita constitutis Episcopi Provinciae Senonensis contra nullam Legem egerint, cum nulla lex aut Privilegium, quod hoc juris soli Ecclesiae Remensi tribuat, ipsis cognitum sit. Quin etiam, si hujusmodi lex extitisset, non tamen possibile fuisse, illam legem implere, quoniam Archiepiscopus Remensis Ecclesiae suae possessionem necdum adisset, & ipsa urbs sub interdicto Papali posita fuisset, & denique si Unctio Regis fuisset dilata, Reipublicae quietem & Ecclesiae pacem periclitaturam fuisse.

Haud diu post cum Ivo Carnotensis, & Theobaldus Prior S. Martini de Pratis Parisiis, tanta Ecclesiae Remensis calamitate permoti, omnibus viribus adlaborarent, ut Ludovicus Rex Gervasium invasorem ejiceret, & Rudolphum Archiepiscopum huic Ecclesiae praesse consentiret, jussit Rex, Rudolphum ad Regiam in Festo Natalis Domini venire, ut conjectura est, eodem anno millesimo centesimo octavo. Verum Principes negabant, Rudolphum in Regis gratiam recipi posse, nisi ei fidem, more omnium Antecessorum suorum ceterorumque in Regno Franciae Episcoporum, juraret. Quia autem novissimorum Conciliorum Decretis hujusmodi juramento se obligare Episcopis prohibitum fuerat, Ivo Carnotensis datis Epistolis Paschali Papae suavit;

Saecul. XII.  
A.C. 1108.

Sæcul. XII.  
A.C. 1108.

ep. 190.

fit; amore pacis & charitatis ignosceret  
eis hunc errorem, nulli legi Divinæ, sed  
tantum humanæ adversantem. *Quod si  
vero, ait, omnia, quæ ex benigna dispensa-  
tione conceduntur, rejicias, omnibus fer-  
me Ecclesiæ Ministris muneri suo renun-  
ciandum erit, aut toto mundo exeundum,  
nec urbes supererunt, quibus Bona Spiri-  
tualia communicent, nisi ipsis liceat, non  
nulla, quæ secundum carnem fiunt, Fide-  
libus indulgere.* Ceterum Rudolphus Vi-  
ridis Sedem Remensem annis sexdecim  
occupavit.

§. LXII.

*S. Anselmi Cantuariensis Obitus.*

Thomas Archiepiscopus Eboracensis  
electus & needum consecratus ad-  
*Edmer. 41.* huc tergiversabatur, obsequens malis  
*Novor. n. 33.* consiliis Canonicorum suorum, qui ex  
gravi ætate & fracta valetudine Ansel-  
mi augurati, brevissimum ei vitæ spa-  
tium superesse, Thomæ scripserunt, Ec-  
clesiam Eboracensem Cantuariensi in  
cunctis parem & æqualem esse, eique  
nomine Summi Pontificis prohibuerunt,  
ne Anselmo obedientiam promitteret.  
Tandem Thoma continuas moras ne-  
ctente, cum Anselmus morbi vim in dies  
augeri sentiret, ei scripsit in hunc mo-  
dum: *In nomine Dei omnipotentis &  
cuncta videntis, omne officium Sacerdotale  
tibi*

tibi interdico, & prohibeo, ne quodcun-  
 que Ministerium Pastoris tibi arroges, Sæcul. XII.  
A.C. 1108.  
 donec Ecclesiæ Cantuariensi rebellis esse  
 desinas, & eidem more Antecessorum tuo-  
 rum Thomæ & Girardi obedientiam pro-  
 mittas. Si animum seditiosum non depo-  
 nis, nullus in Magna Britannia Episcopus  
 tibi manus imponere, aut tanquam Episco-  
 pum venerari teque ad suam Communio-  
 nem admittere præsumat, si te ab Exteris  
 ordinari curaveris. Hanc Epistolam ad  
 omnes Angliæ Episcopos misit, præci-  
 piens, ut ea quæ continebat, in virtute  
 Sacræ obedientiæ exsequerentur.

Anselmi morbus erat omnis cibi fa-  
 stidium, quo sex circiter mensibus labo-  
 ravit, & quamvis repugnanti stomacho vit. per Edm  
c. 7. n. 72.  
 aliquid alimenti ingereret, sensim tamen  
 viribus destituebatur. Ubi non amplius  
 ingredi valuit, se se quotidie ad Altare,  
 ut S. Sacrificio interesset, in quod te-  
 nerrima devotione afficiebatur, deferri  
 iussit. Qui S. Viro serviebant, cum  
 eum isto motu maximopere fatigari cer-  
 nerent, rogabant, ut in lectulo suo re-  
 maneret; quod non nisi quinto ante obi-  
 tum ejus die ab ipso impetrare potue-  
 runt. Feria III. majoris hebdomadæ ad  
 vesperam usu vocis privatus est; quare  
 ei illa nocte Passio Domini Nostri, quæ  
 sequente die in Missa recitanda erat,  
 nempe

Sæcul. XII.  
A.C. 1109. nempe secundum Lucam, prælegitur, cumque sub lectione protinus expiraturus conspiceretur, e strato suo a suis levatus super cilicium & cinerem deponitur. Ita spiritum Deo reddidit, sub auroram Feriæ IV. vigesima prima Aprilis, anno millesimo centesimo nono, Pontificatus sui decimo sexto, vitæ septuagesimo sexto. Obiit Cantuariæ, in Ecclesia sua Cathedrali prope Lanfrancum Antecessorem suum sepultus. Ecclesia vero S. Anselmi memoriam ipso obitus die colit, quo defuncto Sedes Cantuariensis annis quinque vacavit. (\*)

*Mart. Rom.*  
*21. April.*

## §. LXIII.

*S. Anselmi Scripta.*

*p. 109. Pro-*  
*log. c. 6.*

Præter illa S. Anselmi Scripta, quorum meminimus, multa alia tam Dogmatica quam Moralia supersunt. Tres edit Dialogos ad S. Scripturam facilius intel-

(\*) S. Anselmi obitu, Sacer Ordo Monasticus S. P. Benedicti Decus maxime conspicuum, Theologia Scholastica Auctorem suum clarissimum, Episcopi vitæ Apostolicæ exemplar perfectissimum, Summi Pontifices Consiliarium sapientissimum, Ecclesia Catholica Defensorem contra Hæreticos fortissimum, Reges Angliæ Moderatorem prudentissimum, Cathedra Cantuariensis Antilitrem Sanctissimum, tota Magna Britannia Patrem optimum, amiserunt.

intelligendam. Primo Dialogo Titulus est, *de veritate*, & in eo declaratur, quid sit Veritas, in quo sit Veritas, & quid sit Justitia. Inter alia demonstrat, Sensus hominis semper ei veritatem exhibere, & errorem, quem sensibus tribuimus, esse in Judicio præcipiti. (\*) In secundo Dialogo S. Anselmus agit de Libero Arbitrio, quod definit in hunc modum: *Est arbitrium potens servare rectitudinem Voluntatis, propter ipsam rectitudinem.* Ostendit potestatem peccandi Liberi Arbitrii essentiali non esse necessario annexam. Creaturam post peccatum non amisisse liberum arbitrium. Eandem libere peccare, quoties peccat, atque vim tentationis id solum efficere, ut homo difficulter resistat, nequiquam vero, ut resistere non possit; ita ut qui mentitur, ne occidatur, mendacium eligat, & non bene dicatur invitus mentiri. (\*\*) Majus mira-

Sæcul. XII.

A.C. 1109.

p. 117.

c. 3.

c. 1.

c. 5.

(\*) Verba S. Patris sunt: *Non mihi videtur hæc Veritas vel falsitas in sensibus esse, sed in opinione. Ipse namque sensus interior se fallit, non illi mentitur exterior. . . . cum enim puer timet sculptum draconem aperto ore, facile cognoscitur, quia hoc non facit visus, qui nihil aliud puero renunciat, quam sensibus &c.*

(\*\*) Hic dicit S. Anselmus: *Torqueri potest invitus*



Sæcul. XII. miraculum a Deo patrari, cum volun-  
 A.C. 1109. tatis rectitudinem illi reddit, qui eam  
 per peccatum amisit, quam cum mor-  
 tuum ad vitam revocat.

Tertius Tractatus est *de Casu Diabo-*  
*li.* In eo S. Anselmus illam potissimum  
 p. 62. Quæstionem discutit; In quo Diabolus  
 peccaverit, in Veritate non perseve-  
 rans? cum Deus ei perseverantiam non  
 dederit, quam non nisi a Deo accipere  
 potuit, & quam accepisset, si hanc illi  
 Deus sicut Angelis Bonis dedisset? (\*)  
 In eodem Dialogo etiam, oblata occa-  
 sione, de Confirmatione Bonorum An-  
 gelorum in statu Gratiæ differit. Soli-  
 p. 20. de inquit in naturam mali, ejusque  
 originem, & explicat, qua ratione Deus  
 dici

*invitus, quia nolens potest torqueri; occidi potest  
 invitus, quia nolens potest occidi: velle au-  
 tem non potest invitus, quia velle non potest no-  
 lens velle.*

Ergo, quia ille, qui mentitur, semper vult  
 mentiri, nunquam dici potest proprie invitus  
 mentiri.

(\*) Quæstionem S. Anselmus his verbis re-  
 solvit: *Non dixi, Deum illi dedisse accipere  
 perseverantiam, sed tantum velle & posse perse-  
 verantiam accipere.*

Nempe velle in actu primo, ut Thomistæ lo-  
 quuntur.

dici possit efficere malam hominis voluntatem, quatenus voluntas est, non autem quatenus mala est. Quamvis hi tres Dialogi seu Tractatus sint alter ab altero separati, Auctor tamen hortabatur, ut propter connexionem materiae, ab Librariis conjungerentur. Ceterum omnes illo tempore S. Anselmus scripsit, cum in Monasterio Beccensi Prioris munere fungeretur. Eodem tempore alium Dialogum quoque concinnavit, cui Titulus: *de Grammatico*, quod hanc vocem exempli loco ponat, estque Tractatus Dialecticus.

Ultimum Opus Dogmaticum, quod a S. Anselmo accepimus, est *Tractatus de Concordia Præscientiæ & Prædestinationis, nec non Gratiæ Dei cum Libero Arbitrio*, quem lente præter morem suum, nempe morbo impeditus, scripsit. In hunc ferme modum argumentatur: *Præscientia Dei Libero Arbitrio repugnare videtur, quia quod Deus prævidit necessario futurum est, liberum vero arbitrium excludit omne necessarium. At necessitas, quam ex Dei Præscientia inferimus, est tantum necessitas subsequens, & non antecedens, secus enim nec ipse Deus quidquam libere ageret. Porro Scientia Dei a rebus futuris non dependet, sed ipsæ res per Scientiam Dei tales sunt.* Prædesti-

*Hist. Eccles. Tom. XVI. N natio*

Sæcul. XII.

A.C. 1109.

Prolog. de  
veritate.

p. 143.

Edm. 2. vit,  
p. 24.

p. 123.

Qu. 1. c. 1.

c. 2.

c. 4.

c. 7.

Sæcul. XII. natio magis videtur necessitatem inducere,  
A.C. 1109. re, quia Dei Decretum includit; sed in

Qu. 2. c. 1. effectu non magis necessitatem imponit,  
c. 3. quam Præscientia, quia Deus, quamvis prædestinet, non movet hominis voluntatem cogendo, sed in sua illam potestate dimittendo. (\*) Id vero maximam in ma-

Qu. 3. c. 1. teria de Gratia difficultatem parit, quod Scriptura disertis verbis utrumque affirmet; nos sine Gratia nihil posse, & nihilominus libere agere, quod agimus. Unde non nulli superbi ingenii homines omnem meritum soli libero arbitrio tribuerunt, & complures alii nostra ætate, inquit

c. 3. Auctor, an liberum arbitrium vere aliquid sit, dubitant. Sed non nisi per Gratiam habere possumus voluntatis rectitudinem; Gratia facit, ut Justitiam amemus,

(\*) Hæc quam certa, tam difficilia captu sunt humano intellectui. Ceterum nullum in S. Anselmi Doctrina Scientiæ mediæ vestigiumprehenditur, quamvis Quæst. 3. cap. 1. istud afferat; Quia Divina Scriptura ita loquitur aliquando, ut nihil videatur liberum arbitrium prodesse ad Salutem, sed sola Gratia, aliquando vero ita, velut tota nostra Salus in libera nostra consistat voluntate; nam docet ibidem, Prædestinationem involvere Decretum Dei, & Scientiam Dei non modo prævidere, sed etiam res futuras efficere.

mus, & sine Gratia Meritum dari non potest. S. Scriptura ubi statuit Grati-  
 am, non amovet Liberum Arbitrium, & ubi Liberum Arbitrium affirmat, non excludit Grati-  
 am. Nunquam impossibile est homini in Bono proficere, aut a Bono deficere; sed magna difficultas nobis saepe impossibilitas esse videtur.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1109.

c. 5.

t. 10.

Hæc sunt præcipua S. Anselmi Opera Dogmatica. Præterea vero complures Homilias, Meditationes, & Orationes plurimas, tenerrimam pietatem spirantes, & tandem plus quam quadringentas epistolas a S. Viro accepimus. (\*) Vitam ejus in duobus Libris conscripsit

N 2 Ead-

(\*) Multi præterea Libri S. Anselmo olim perperam tribuebantur, de quibus pro more suo eruditissime disserit R. P. Natalis Sæc. XII. P. 230. ait: *Elucidarium, S. Anselmi non esse constat, eoque indignum prorsus esse. &c.*

*Dialogum de Passione Domini, Eadmeri silentium, hæc Prologi verba Beatus Anselmus, & fabulæ puerilesque nugæ, quibus scatet, S. Anselmo abjudicant.*

*Liber de Conceptione Beatæ Virginis, suppositivus est Beati Anselmi fætus. Deest in pluribus & sincerioribus MSS. Regiæ Victorinæ, Thuana & aliarum in Gallia, in Anglia, in Belgio Bibliothecarum &c.*

Sæcul. XII. Eadmerus, ipsius Discipulus, & comes  
A.C. 1109. individuus, qui in hoc opere nobis singu-  
 lari industria S. Viri mores & ingenium  
 exhibuit, atque miracula narravit. Aliud  
 vero Scriptum nobis reliquit sub Titulo  
*Historia Novorum*, in qua, servato tem-  
 porum ordine, quæ inter S. Anselmum  
 & Reges Angliæ a principio Regni Gui-  
 lielmi *Conquæstoris* usque ad S. Anselmi  
 obitum acta sunt, & quasdam alias cau-  
 sas Ecclesiasticas, usque ad annum mil-  
 lesimum centesimum vigesimum secun-  
 dum, accurate refert.

## §. LXIV.

*Thomas Archiepiscopus Eboracensis.*

*Edm. 4. No-*  
*vor. n. 38.*

Paucis post obitum S. Anselmi diebus,  
 in Angliam pervenit Cardinalis, a  
 Paschali Papa missus, afferens Pallium,  
 Archiepiscopo Eboracensi destinatum,  
 quod interim S. Anselmo traderet, ut de  
 eo, sicut Ecclesiæ expedire visum fuisset,  
 decerneret. Itaque in Festo sequen-  
 te Pentecostes, decima tertia die Junii,  
 anno millesimo centesimo nono, Rex  
 Comitum Generalia Londini celebrans,  
 causam Archiepiscopi Eboracensis discu-  
 ti jubet. Legitur epistola ultima S. An-  
 selmi ad eum data, statimque Episcopi  
 undecim præsentibus obsecuturos se esse  
 defun-

defuncti Præsulis mandato profitentur, etiam, si necesse foret, cum Dignitatis suæ jactura. Tum advocatus Samson, Episcopus Vigorniensis, cujus filius, ex legitimo toro natus, erat Thomas Archiepiscopus, in ceterorum Episcoporum sententiam ivit, dixitque, facturum se accurate, quod Anselmus ante mortem jussisset. Rex quoque suo calculo accedens Thomæ significavit; eam obedientiam, quam Antecessores ipsius præstitissent, Ecclesiæ Cantuariensi promitteret, vel Archiepiscopatu se abdicaret. Fecit Thomas, quod jubebatur, atque consecratus est die Dominica, vigesima septima Junii, a Richardo Episcopo Londinensi, qui prius memoratum juramentum ab eo recepit, moxque Cardinalis Pallium ei dedit. At Thomam, quoad vixit, pœnitentia torisit, quod manibus Anselmi ordinari noluisse. Ceterum Episcopus Londinensis, tanquam Ecclesiæ Cantuariensis Decanus, hac consecratione defunctus est.

Sæcul. XII.  
A.C. 1109.

§. LXV.

*S. Hugonis Cluniacensis extrema.*

Eodem anno, octiduo post S. Anselmum, ad Superos evolavit S. Hugo, Ordinis Cluniacensis annis sexaginta Re-

Sup. 176.  
LIX. 5. 58.

N 3                      tor,

Sæcul. XII. A.C. 1109. Rector, quis, ut meminimus, Urbanum II.  
 Papam, & S. Udalricum, Operis de Con-  
 suetudinibus Monasterii Auctorem, &  
 plures alios viros doctrina & pietate spe-  
 ctatissimos, Discipulos habuerat, S. Pe-  
 tri Damiani, Desiderii, Abbatis Montis  
 Cassinensis, virorumque omnium illo  
 ævo Sanctitate conspicuorum, amicus,  
 Imperatori Henrico Nigro, Agneti Im-  
 peratrici ejus uxori, Henrico IV. eorum  
 filio, qui ipsum ultimis Regni annis Ju-  
 dicem sibi deposcebat, Philippo Regi  
 Franciæ, & tandem Alphonso VI. Regi  
 Castiliæ, cujus munificentia adjunctus Ec-  
 clesiam Cluniacensem, hodieque stan-  
 tem, magnificentissimo opere condidit,  
 carissimus, & summo honore cultus.  
 Nempe, Hugone Præside, Ordo Clu-  
 niacensis ad summum gloriæ fastigium  
 pervenit, unde ipso vita functo paula-  
 tim decidit. E vita vero excessit, nona  
 Aprilis, anno millesimo centesimo nono,  
 ætatis suæ octogesimo quinto. Vitam  
 ejus sexto ab obitu ipsius anno scripsit  
 Hildebertus Episcopus Cenomanensis;  
 sed ea, quæ ipsi portentorum similia vi-  
 debantur, studiosius, quam Viri Sancti  
 gesta & mores nobis retulit. S. Hugo,  
 haud diu post solemnî Ritu a Callisto II.  
 Papa Sanctorum Catalogo insertus, ab  
 Ecclesia in die, qua mortalibus ereptus  
 est,

*Boll.* 29.  
*Apr. to. II.*  
*p. 629.*

*Bibl. Clun.*  
*p. 414.*  
*Sup. § 4<sup>o</sup>.*  
*Lib. LXIII.*  
*§. 6.*

est, colitur. Eidem in Monasterii Regi-  
mine succedens Pontius, qui ex Mona-  
sterio S. Pontii Tomeriarum ad Clunia-  
cense transferat, Abbas, numero septi-  
mus, in pace annis duodecim, præfuit.

Sæcul. XII.

A.C. 1109.

Bibl. Clun.

p. 551.

## §. LXVI.

*Alphonfi VI. Regis Castiliæ obitus.*

Alphonsus VI. Rex Castiliæ, qui S. Hu-  
gonem maximi fecerat, eidem tribus  
non plus mensibus superstes, e vita mi-  
gravit die Jovis, prima Julii, æra mille-  
sima centesima quadragesima septima,  
seu anno eodem Christi millesimo cen-  
tesimo nono, ætatis septuagesimo, Re-  
gni trigesimo sexto, atque in Ecclesia  
S. Fagonis sepultus est. Coronæ hære-  
dem reliquit Urracam filiam, quam invi-  
tam, & repugnantibus Castiliæ Proceri-  
bus, Alphonso Regi Aragonum colloca-  
verat, quamvis ex primis nuptiis cum  
Raimundo Burgundo, filio Guilielmi Co-  
mitis Viennensis, filium peperisset &  
ipsum Alphonsum dictum. Secundi ma-  
trimonii ineundi Auctores fuerant Ber-  
nardus Archiepiscopus Toletanus & Epi-  
scopi Castiliæ; verum Alphonso VI. fa-  
tis functo, Proceres & ipsa Princeps Ur-  
raca affirmabant, conjugium suum cum  
Rege Aragoniæ ob affinitatem matrimo-  
nium

Sup. lib.

LXIII. §. 6.

Pelag. ovet.

p. 77.

Roder. VI.

c. 33.



**Sæcul. XII.** nium dirimentem nullum esse; ambo  
**A.C. 1109.** enim a Sanctio Magno, Rege Navarra,  
**Id. VII. c. 1.** genus ducebant. Mittuntur Legati ad  
 Paschalem Papam, qui Diegum Episcopum  
 Compostellensem hanc causam dis-  
 cutere iussit, additis mandatis; Urra-  
**Mariana X.** cam Reginam ad relinquendum hunc vi-  
**hist. c. 8.** rum compelleret, quæ, nisi obediret,  
 Communione Fidelium & Potestate Re-  
 gia privanda esset. Quæ Sententia lata  
 fuerit, nescimus, at illud constat, quod  
 Antistites Alphonsum Aragoniæ Regem  
 sibi iratum senserint. Nam Episcopi  
 Burgensis & Legionensis ex Ecclesiis suis  
 pulsî, Episcopus Palentinus captus, Ab-  
 bas S. Fagonis spoliatus, eique Ramirus  
 monachus, Regis frater, subrogatus, Ber-  
 nardus Archiepiscopus Toletanus, Sacræ  
 Sedis Legatus, annos duos ex sua  
 Dicecesi proscriptus.

